

—Si servus meus, quum in fuga sit, rem a non domino emat, Publiciana mihi competere debet, licet possessionem rei traditae per cum nactus non sim.

16. [17.] PAPINIANI libro X. *Quaestionum* (1) *Paulus notat*:— Exceptio iusti domini Publicianae obicienda est.

17. [18.] NERATIUS libro III. *Membranarum*.—Publiciana actio non ideo comparata est, ut res domino auferatur; eiusque rei argumentum est primo acquitas, deinde exceptio: «si ea res possessoris non sit», sed ut is, qui bona fide emit, possessionemque eius ex ea causa nactus est, potius rem habeat.

TIT. III

SI AGER VECTIGALIS, ID EST (2) EMPHYTEUTICARIUS, PETATUR

[Cf. Cod. IV. 66.]

1. PAULUS libro XXI. *ad Edictum*.—Agri civitatum (3) alii vectigales vocantur, alii non. Vectigales vocantur, qui in perpetuum locantur, id est hac lege, ut tamdiu pro his vectigal pendatur, quamdiu neque ipsis, qui conduxerint, neque his, qui in locum eorum successerunt, auferri eos liceat. Non vectigales sunt, qui ita colendi dantur, ut privatim (4) agros nostros colendos dare solemus.

§ 1.—Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt a municipibus, quamvis non efficiantur domini, tamen placuit competere iis in rem actionem adversus quemvis possessorem; sed et adversus ipsos municipales,

2. ULPIANUS libro XVII. *ad Sabinum* (5).—ita tamen, si vectigal solvant.

3. PAULUS libro XXI. *ad Edictum*.—Idem est, et si ad tempus habuerint conductum, nec tempus conductionis finitum sit.

LIBER SEPTIMUS

TIT. I

DE USUFRUCTU ET QUOMODUM QUIS UTATUR FRUATUR

[Cf. Cod. III. 88.]

1. PAULUS libro III. (6) *ad Vitellium*.—Ususfructus est ius alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia.

(1) Libro X. *Quaestionum Papiniani, Hal.*

(2) VEL, (en lugar de ID EST), *Hal. Vulg.*

(3) secundum Iuliani sententiam, *inserta la Vulg.*

(4) privati, *Hal.*; privati, *Vulg.*

bro III.—Si mi esclavo, hallándose fugitivo, comprase una cosa a quien no era dueño, debe competermo la acción Publiciana, aunque yo no haya obtenido por él la posesión de la cosa entregada.

16. [17.] PAULO *nota al libro X. de las Cuestiones de Papiniano*.—A la acción Publiciana se ha de oponer la excepción del legítimo dominio.

17. [18.] NERACIO; *Pergaminos, libro III*.—La acción Publiciana no fué establecida para que de la cosa se despoje al propietario; y es prueba de ello primeramente la equidad, y en segundo lugar la excepción, «si la cosa no fuera del poseedor», sino para que tenga preferentemente la cosa el que compró de buena fe y por esta causa obtuvo la posesión de aquella.

TITULO III

DE SI SE RECLAMARA UN CAMPO VECTIGAL, ESTO ES, ENFITEUTICARIO

[Véase Cód. IV. 66.]

1. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXI*.—Los campos de las ciudades unos se llaman vectigales, y otros no. Se llaman vectigales los que se arriendan a perpetuidad, esto es, con esta condición, de que mientras por ellos se pague la pensión, no sea lícito quitárselos ni a los mismos que los hubieron tomado en arrendamiento, ni a los que sucedieron en el lugar de éstos. No son vectigales los que para ser cultivados se dan de la misma manera que solemos dar privadamente nuestros campos para que se cultiven.

§ 1.—A los que a perpetuidad tomaron en arriendo de los municipios un fundo para disfrutarlo, aunque no se hagan dueños, no obstante, pareció bien que les competa la acción real contra cualquier poseedor; pero también contra los mismos municipios,

2. ULPIANO; *Comentarios a Sabino, libro XVII*.—con tal, empero, que paguen la pensión.

3. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXI*.—Lo mismo es también si lo hubieron tomado en arrendamiento por cierto tiempo, y no hubiera finido el tiempo del arriendo.

LIBRO SÉPTIMO

TÍTULO I

DEL USUFRUCTO Y DE CÓMO DEBE UNO USAR Y DISFRUTAR

[Véase Cód. III. 88.]

1. PAULO; *Comentarios a Vitelio, libro III*.—El usufructo es el derecho de usar y disfrutar de cosas ajenas, quedando salva la naturaleza de las cosas.

(5) XVI. *ad Edictum, Hal.*

(6) II., *Hal.*

2. CELSUS *libro XVIII. Digestorum*.—Est enim ususfructus ius in corpore, quo sublato et ipsum tolli necesse est.

3. GAIUS *libro II. Rerum quotidianarum vel Aureorum*.—Omnium praediorum iure legati potest constitui ususfructus, ut heres iubeatur dare alicui usumfructum. Dare autem intelligitur, si induxerit in fundum legatarium, eumve patiatur uti frui. Et sine testamento autem si quis velit usumfructum constituere, pactionibus et stipulationibus id efficere potest.

§ 1.—Consistit autem ususfructus non tantum in fundo et aedibus, verum etiam in servis et iumentis ceterisque rebus.

§ 2.—Ne tamen in universum inutiles essent proprietates semper abscedente usufructu, placuit certis modis extinguí usumfructum, et (ad) proprietatem reverti.

§ 3.—Quibus autem modis ususfructus et consistit, et finitur, iisdem modis etiam nudus usus solet et constitui, et finiri.

4. PAULUS *libro II. ad Edictum*.—Ususfructus in multis casibus pars domini est, et extat, quod vel praesens, vel ex die dari potest.

5. PAPINIANUS *libro VII. (1) Quaestionum*.—Ususfructus et ab initio pro parte indivisa vel divisa constitui, et legitimo tempore similiter amitti, eademque ratione per legem Falcidiam minui potest. Reo quoque promittendi defuncto in partes hereditarias ususfructus obligatio dividitur, et si ex communi praedio debeatur, uno ex sociis deficiente pro parte defidentis fiet restitutio.

6. GAIUS *libro VII. ad Edictum provinciale*.—Ususfructus pluribus modis constituitur, ut ecce, si legatus fuerit. Sed et proprietates deducto usufructu legari potest, ut apud heredem maneat ususfructus.

§ 1.—Constituitur adhuc (2) ususfructus et in iudicio familiae circundae, et communi dividendo, si iudex alii proprietatem adiudicaverit, alii usumfructum.

§ 2.—Acquiritur autem nobis ususfructus non solum per nosmetipsos, sed etiam per eas quoque personas, quas iuri nostro subiectas habemus.

§ 3.—Nihil autem vetat, servo meo herede instituto legari proprietatem deducto usufructu.

7. ULPIANUS *libro XVII. (3) ad Sabinum*.—Usufructu legato omnis fructus rei ad fructuarium pertinet. Et aut rei soli, aut rei mobilis ususfructus legatur.

§ 1.—Rei soli, utputa aedium usufructu legato, quicumque reditus est, ad usufructuarium pertinet, quaecumque obventiones sunt ex aedificiis, ex arcibus et ceteris, quaecumque aedium sunt. Unde etiam mitti cum in possessionem vicinarum

2. CELSO; *Digesto, libro XVIII*.—Es en realidad el usufructo un derecho sobre cosa corpórea, suprimida la cual, es necesario que se extinga también el usufructo.

3. GAYO; *Diario, libro II*.—Puede constituirse el usufructo de la universalidad de los predios por derecho de legado, mandando al heredero que dé á alguno el usufructo. Y se entiende que lo da, si hubiere llevado al legatario al fundo, ó consintiera que de él use y disfrute. Y aun si quisiera alguno constituir sin testamento un usufructo, puede hacerlo por pactos y estipulaciones.

§ 1.—Pero consiste el usufructo no tan sólo sobre un fundo y casas, sino también sobre esclavos, caballerías, y las demás cosas.

§ 2.—Mas para que las propiedades no fuesen completamente inútiles estando siempre separado de ellas el usufructo, pareció bien que de ciertas maneras se extinguiera el usufructo, y revertiese á la propiedad.

§ 3.—Pero de los mismos modos que se establece y se extingue el usufructo, suele también constituirse y extinguirse el mero uso.

4. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro II*.—El usufructo es en muchos casos parte del dominio, y es sabido que puede darse ó de presente, ó desde cierto día.

5. PAPINIANO; *Cuestiones, libro VII*.—El usufructo puede constituirse también desde un principio por parte indivisa ó dividida, y perderse igualmente por el tiempo legal, y por la misma razón disminuirse por la ley Falcidia. También se divide la obligación del usufructo en porciones hereditarias, fallecido el que lo prometió, y si se debiera por razón de un predio común, oponiéndose uno de los socios, la restitución se hará con arreglo á la parte del opositor.

6. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro VII*.—Constitúyese el usufructo de muchos modos, como, por ejemplo, si se hubiere legado. Pero puede legarse también la propiedad deducido el usufructo, para que el usufructo quede al heredero.

§ 1.—También se constituye el usufructo en el juicio de partición de herencia, y en el de división de cosa común, si el juez adjudicare á uno la propiedad, y á otro el usufructo.

§ 2.—Mas se adquiere para nosotros el usufructo no sólo por nosotros mismos, sino también por medio de aquellas personas que tenemos sometidas á nuestra potestad.

§ 3.—Pero nada veda que instituido heredero mi esclavo, se legue la propiedad deducido el usufructo.

7. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII*.—Legado el usufructo, todo fruto de la cosa pertenece al usufructuario. Y se lega el usufructo ó de bienes raíces, ó de cosa mueble.

§ 1.—De los bienes raíces, por ejemplo, habiéndose legado el usufructo de casas, cualquiera que sea el rédito, pertenece al usufructuario, así como cualesquiera utilidades que provienen de los edificios, de los solares, y de las demás cosas, que

(1) VI, *Hal.*
(2) ad haec, *Hal.*

(3) VII, *Hal.*

aedium causa damni infecti placuit, et iure domini possessurum eas aedes, si perseveretur non caveri, nec quidquam amittere finito usufructu. Hac ratione Labeo scribit, nec aedificium licere domino te invito altius tollere, sicut nec areae usufructu legato potest in arca aedificium poni; quam sententiam puto veram.

§ 2.—Quoniam igitur omnis fructus rei ad eum pertinet, reficere quoque eum aedes per arbitrum cogi Celsus scribit (1). [8.] Celsus libro octavo decimo Digestorum: hactenus tamen, ut sarta tecta habeat; si qua tamen vetustate corruiissent, neutrum cogi reficere; sed si heres refecerit, passurum fructuarium uti. Unde Celsus de modo sarta tecta habendi quaerit, si quae vetustate corruerunt, reficere non cogitur; modica igitur refectio ad eum pertineat (2), quoniam et alia onera agnoscit usufructu legato, utputa stipendium, vel tributum, vel salarium (3), vel alimenta ab ea re (4) relicta; et ita Marcellus libro tertio decimo (5) scribit.

§ 3.—Cassius quoque scribit libro octavo Iuris civilis, fructuarium per arbitrum cogi reficere, quemadmodum asserere cogitur arbores; et Ariston, notat, haec vera esse. Neratius autem libro quarto (6) Membranarum ait, non posse fructuarium prohiberi, quo minus reficiat, quia nec arare prohiberi potest, aut colere; nec solum necessarias refectiones facturum, sed etiam voluptatis causa, ut tectoria, et pavimenta, et similia facere, neque autem ampliare, nec utile (7) detrahare posse,

8. [9.] *IDEM libro XL. ad Edictum.*—quamvis melius repositurus sit; quae sententia vera est.

9. [10.] *IDEM libro XVII. (8) ad Sabinum.*—Item, si fundi usufructus sit legatus, quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest, ipsius fructus (9) est, sic tamen, ut boni viri arbitrato fruatur. Nam et Celsus libro octavo decimo (10) Digestorum scribit, cogi eum posse recte colere.

§ 1.—Et si apes (11) in eo fundo sint, earum quoque usufructus ad eum pertinet.

§ 2.—Sed si lapidicinas habeat, et lapidem caedere velit, vel cretifodinas habeat, vel arenas, omnibus his usum Sabinus ait, quasi bonum patremfamilias; quam sententiam puto veram.

§ 3.—Sed si haec (12) metalla post usumfructum legatum sint inventa, quum totius agri relinquatur usufructus, non partium, contineantur legato.

(1) Celsus scribit, omitelas Hal.; y aqui comienzan las ediciones vulgares otro fragmento.

(2) pertinet, al margen interior del código Fl.

(3) solarium, Hal.

(4) re, omitela Fl. según reciente corrección, Br.; ab eo relicta, Hal. Vulg.

(5) XIV., Vulg.

(6) tertio, Hal.

son de las casas. Por lo que pareció bien, que también fuese puesto aquél en posesión de las casas vecinas por causa de daño inminente, y que haya de poseer tales casas por derecho de dominio, si se perseverara en no darse caución, y que no perdiera nada aun finido el usufructo. Por esta razón escribe Labeo, que no es lícito al dueño levantar más alto el edificio contra tu voluntad, así como, legado el usufructo de un solar, tampoco puede levantarse en el solar un edificio; cuya opinión estimo verdadera.

§ 2.—Y puesto que todo fruto de la cosa le pertenece, escribe Celso que también se le obliga por medio de árbitro á reparar las casas. [8.] Dice Celso en el libro décimo octavo del Digesto: pero sólo para que tenga reparadas las casas; mas si se hubiesen arruinado por viejas, ninguno de los dos es obligado á reedificarlas; pero si el heredero las reedificare, habrá de soportar que el usufructuario use de ellas. Por lo que, pregunta Celso de qué modo se han de tener reparadas las casas, si las que se arruinaron por viejas no está obligado á reedificarlas; incúmbale, pues, una moderada reparación, porque sufraga también otras cargas, legado el usufructo, por ejemplo, el estipendio, ó el tributo, ó el salario, ó los alimentos dejados sobre aquella cosa; y así lo escribe Marcelo en el libro décimo tercero.

§ 3.—También escribe Cassio en el libro octavo del Derecho Civil, que el usufructuario es obligado por medio de árbitro á hacer reparaciones, así como está obligado á replantar los árboles; y observa Ariston, que esto es verdad. Mas dice Neracio en el libro cuarto de los Pergaminos, que no se le puede prohibir al usufructuario que haga reparaciones, porque tampoco se le puede prohibir que are, ó cultive; y que no sólo ha de hacer las reparaciones necesarias, sino también las motivadas por el adorno, como los estucados, y los pavimentos, y hacer otras cosas semejantes, pero que no puede ni hacer ampliaciones, ni quitar lo útil,

8. [9.] *EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XL.*—aunque lo haya de reponer mejor; cuya opinión es verdadera.

9. [10.] *EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Asimismo, si se hubiese legado el usufructo de un fundo, todo lo que nace en el fundo, todo lo que de él puede percibirse, es fruto del mismo, con tal que, sin embargo, usufructúe á arbitrio de buen varón. Porque también Celso escribe al libro décimo octavo del Digesto, que se le puede obligar á que cultive bien.

§ 1.—Y si en el fundo hubiese abejas, también le pertenece el usufructo de ellas.

§ 2.—Pero si tuviese canteras, y quisiera arrancar piedras, ó tuviese gredales, ó arenales, dice Sabino que ha de usar de todas estas cosas, como buen padre de familia; cuya opinión juzgo verdadera.

§ 3.—Pero si estos minerales hubiesen sido encontrados después de legado el usufructo, cuando se deje el usufructo de todo el campo, no de partes, comprendanse en el legado.

(7) inutile, Hal.

(8) XVIII., Hal.

(9) fructuarii, Hal.

(10) XVI., Vulg.

(11) lapides—eorum, la Vulg. contra las Basil.

(12) sed et si metalla, erradamente Hal. Vulg.

§ 4.—Huic vicinus tractatus est, qui solet in eo, quod accessit, tractari; et placuit, alluvionis quoque usumfructum ad fructuarium pertinere. Sed si insula iuxta fundum in flumine nata sit, eius usumfructum ad fructuarium non pertinere Pegasus scribit, licet proprietati accedat; esse enim veluti proprium fundum, cuius ususfructus ad te non pertineat. Quae sententia non est sine ratione; nam ubi latitet incrementum, et ususfructus augetur, ubi autem apparet separatum, fructuario non accedit.

§ 5.—Aucupiorum quoque et venationum redditum Cassius ait libro octavo Iuris civilis ad fructuarium pertinere; ergo et piscationum.

§ 6.—Seminarii autem fructum puto ad fructuarium pertinere, ita tamen, ut et vendere ei, et seminare liceat; debet tamen conserendi agri causa seminarium paratum semper renovare, quasi instrumentum agri, ut finito usufructu domino restituatur.

§ 7.—Instrumenti autem fructum habere debet, vendendi tamen facultatem non habet (1). Nam etsi fundi ususfructus fuerit legatus, et sit ager, unde palo in fundum, cuius ususfructus legatus est, solebat paterfamilias uti, vel salice, vel arundine, puto fructuarium hactenus uti posse, ne ex eo vendat, nisi forte salicti ei (2), vel silvae palaris, vel arundineti ususfructus sit legatus; tunc enim et vendere potest. Nam et Trebatius scribit, silvam caedeam et arundinetum posse fructuarium caedere, sicut paterfamilias caedebat, et vendere, licet paterfamilias non solebat vendere, sed ipse uti; ad modum enim referendum est, non ad qualitatem utendi.

10. [11.] POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Ex silva caedua pedamenta et ramos ex arbore usufructuarium sumturum; ex non caedua in vineam sumturum, dum ne fundum deteriore faciat.

11. [12.] PAULUS libro II. epitomatorum (3) *Alfeni Digestorum*.—Sed, si grandes arbores essent, non posse eas caedere.

12. [13.] ULPIANUS libro XVII. ad Sabinum (4).—Arboribus evulsis vel vi ventorum deiectis usque ad usum suum et villae posse usufructuarium ferre, Labeo ait; nec materia eum pro ligno usurum, si habeat, unde utatur ligno. Quam sententiam puto veram; alioquin etsi totus ager sit hunc casum passus, omnes arbores auferret fructuarium; materiam tamen ipsum succidere, quantum ad villae refectionem, putat posse, quemadmodum calcem, inquit, coquere, vel arenam fodere, aliudve quid aedificatio necessarium sumere.

§ 1.—Navis usufructu legato navigandum mittendam puto, licet naufragii periculum imminet; navis etenim ad hoc paratur, ut naviget.

§ 2.—Usufructuarius vel ipse frui ea re, vel

§ 4.—Semejante á este es el tratado que suele consagrarse á lo que se agregó por accesión; y pareció bien, que también el usufructo del aluvión pertenezca al usufructuario. Pero si hubiera surgido en el río una isla junto al fundo, escribe Pegasus, que su usufructo no pertenece al usufructuario, aunque sea accesión de la propiedad, porque es como un fundo propio, cuyo usufructo no te corresponde. Cuya opinión no carece de fundamento; porque donde el incremento se halle oculto, se aumenta también el usufructo, pero donde aparece separado, no acrece para el usufructuario.

§ 5.—Dice Cassio en el libro octavo del Derecho Civil, que el producto de la cetrería y de la caza de cuadrúpedos pertenece al usufructuario; y consiguientemente el de la pesca.

§ 6.—Mas el fruto de un semillero opino que pertenece al usufructuario, pero de suerte que le sea licito vender, y plantar; mas debe siempre renovar el semillero preparado para plantar los campos, como instrumento del campo, para que sea restituído al dueño, finido el usufructo.

§ 7.—Mas debe tener el disfrute de los instrumentos, pero no tiene la facultad de venderlos. Porque aun cuando se hubiere legado el usufructo de un fundo, y haya un campo de donde el padre de familia solía utilizar estacas, sauces, ó cañas para el fundo cuyo usufructo se legó, opino que el usufructuario puede usar de él, pero de suerte que nada de él venda, á no ser que se le haya legado el usufructo del sauzal, del bosque maderable, ó del cañaveral; porque entonces también puede vender. Porque también Trebacio escribe, que el usufructuario puede cortar el bosque tallar y el cañaveral, según lo cortaba el padre de familia, y vender de él, aunque el padre de familia no solía vender, sino usar él mismo; porque se ha de atender al modo, no á la clase del uso.

10. [11.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Del bosque tallar deberá tomar el usufructuario rodrigones y ramas de los árboles; del que no es tallar habrá de tomar para la viña, mientras no deteriore el fundo.

11. [12.] PAULO; *Epítome del Digesto de Alfenio, libro II.*—Pero si los árboles fuesen grandes, no puede cortarlos.

12. [13.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Dice Labeon, que el usufructuario puede tomar de los árboles arrancados ó derribados por la fuerza de los vientos hasta para su uso y el de su granja; y que no deberá usar de la madera para leña, si tuviera de donde proveerse de leña. Cuya opinión juzgo verdadera; de otra suerte, aunque todo el campo haya sufrido este accidente, el usufructuario utilizará todos los árboles; pero opina que puede el mismo cortar madera para la reparación de su granja, así como cocer cal, dice; ó cavar arena, ó tomar alguna otra cosa necesaria para el edificio.

§ 1.—Legado el usufructo de una nave, opino que ha de hacérsela navegar, aunque amenace peligro de naufragio; porque para esto se construye una nave, para que navegue.

§ 2.—El usufructuario, ó puede él mismo usu-

(1) Hállase este §., pero muy mutilado, en los *Fragm. Vatic.* s. 70.
(2) eius, Hal.

(3) ἐπιτομῶν, Hal.
(4) ad edictum, Hal.; el principio de este fragmento se halla con muchas lagunas en los *Fragm. Vatic.* §. 71.

alii fruendam concedere, vel locare, vel vendere potest; nam et qui locat, utitur, et qui vendit, utitur. Sed et si alii precario concedat, vel donet, puto eum uti, atque ideo retineri (1) usumfructum; et hoc Cassius et Pegasus responderunt, et Pomponius libro quinto ex Sabino probat. Non solum autem si ego locavero, retineo usumfructum, sed et si alius negotium meum gerens locaverit usumfructum, Iulianus libro trigesimo quinto scripsit, retinere me usumfructum. Quid tamen, si non locavero, sed absente et ignorante me negotium meum gerens utatur quis et fruatur? Nihilominus retineo usumfructum. Quod et Pomponius libro quinto probat per hoc, quod negotiorum gestorum actionem acquisivi.

§ 3.—De illo Pomponius dubitat, si fugitivus (2), in quo meus usufructus est, stipuletur aliquid ex re mea, vel per traditionem accipiat, an per hoc ipsum, quasi utar, retineam usumfructum? Magisque admittit, retinere; nam saepe, etiamsi praesentibus servis non utamur, tamen usumfructum retinemus, ut puta aegrotante servo, vel infante, cuius operac nullae sunt, vel defectae senectutis homine; nam et si agrum aremus, licet tam sterilis sit, ut nullus fructus nascatur, retinemus usumfructum. Iulianus tamen libro trigesimo quinto Digestorum scribit, etiamsi non stipuletur quid servus fugitivus, retineri tamen usumfructum; nam qua ratione, inquit, retinetur a proprietario possessio, etiamsi in fuga servus sit, pari ratione etiam usufructus retinetur.

§ 4.—Idem tractat: quid si quis possessionem eius nactus sit, an quemadmodum a proprietario possideri desinit, ita etiam usufructus amittatur? Et primo (3) quidem ait, posse dici amitti usumfructum, sed licet amittatur, tamen dicendum, quod intra constitutum tempus ex re fructuarii stipulatus est, fructuario acquiri potest. Per quod colligi, posse dici, ne quidem si possideatur ab alio, amitti usumfructum, si modo mihi aliquid stipuletur, parvique referre, ab herede possideatur, vel ab alio (4), cui hereditas vendita sit, vel cui proprietate legata sit, an a praedone; sufficere enim ad retinendum usumfructum, esse affectum retinere volentis, et servum nomine fructuarii aliquid facere; quae sententia habet rationem.

§ 5.—[14.] Iulianus libro trigesimo quinto Digestorum (5) tractat: si fur decerpserit vel decuerit fructus maturos pendentes, cui conditione teneatur, domino fundi, an fructuario? Et putat, quoniam fructus non fiunt fructuarii, nisi ab eo percipiantur, licet (6) ab alio (7) terra separantur (8), magis proprietario conditionem competere, fructuario autem furti actionem, quoniam interfuit eius, fructus non esse ablatus. Marcellus

fructuar la cosa, ó concederla á otro para que la usufructúe, ó arrendar, ó vender; porque así usa el que arrienda, como usa el que vende. Pero también si lo concediera á otro en precario, ó lo donara, opino que usa él, y que por lo mismo se retiene el usufructo; y esto respondieron Cassio y Pegasus, y lo aprueba Pomponio en el libro quinto apoyándose en Sabino. Mas no sólo si yo lo hubiere dado en arriendo, retengo el usufructo, sino que también si siendo otro gestor de mis negocios hubiere dado en arriendo el usufructo, escribió Juliano en el libro trigésimo quinto, que retengo dicho usufructo. Pero ¿qué se dirá, si yo no lo hubiere dado en arriendo, sino que, en mi ausencia é ignorándolo yo, gestionando alguien mis negocios usara y disfrutase? Que, no obstante, retengo el usufructo. Lo que aprueba también Pomponio en el libro quinto por esto, porque adquirir la acción de gestión de negocios.

§ 3.—Duda Pomponio sobre esto, si el fugitivo, cuyo usufructo es mio, estipulara algo sobre cosa mia, ó lo recibiera por tradición, ¿retendré acaso el usufructo por esto mismo, cual si yo lo usara? Y admite preferentemente, que lo retengo; porque con frecuencia, aunque no usemos de los esclavos presentes, retenemos, sin embargo, el usufructo, por ejemplo, estando el esclavo enfermo, ó en la infancia, cuyos servicios son nulos, ó siendo hombre de decrepita senectud; porque también si arásemos un campo, aunque sea tan estéril que no nazca fruto alguno, retenemos el usufructo. Pero escribe Juliano en el libro trigésimo quinto del Digesto, que aunque el esclavo fugitivo no estipule cosa alguna, se retiene, sin embargo, el usufructo; porque por la misma razón, dice, que se retiene por el propietario la posesión, aunque el esclavo esté fugitivo, se retiene también el usufructo.

§ 4.—Pregunta el mismo: ¿qué se dirá, si alguno hubiera obtenido la posesión de él, acaso así como deja de poseerse por el propietario, así también se pierda el usufructo? Y, á la verdad, dice primeramente que puede decirse que se pierde el usufructo, pero que aunque se pierda, se ha de afirmar, no obstante, que puede adquirirse para el usufructuario lo que dentro del tiempo establecido estipuló sobre cosa del usufructuario. Por lo cual se colige que puede decirse, que ciertamente no se pierde el usufructo, si se poseyera por otro, con tal que estipule alguna cosa para mí, y que importa poco que se posea por el heredero, ó por otro, á quien haya sido vendida la herencia, ó legada la propiedad, ó por un poseedor de mala fe; porque basta para que se retenga el usufructo, que haya la voluntad del que quiere retenerlo, y que el esclavo haga alguna cosa en nombre del usufructuario; cuya opinión tiene fundamento.

§ 5. [14.]—Examina Juliano en el libro trigésimo quinto del Digesto: si un ladrón arrancase ó cortase los frutos maduros pendientes, ¿á quién estará obligado por la condición, al dueño del fundo, ó al usufructuario? Y opina, que puesto que los frutos no se hacen del usufructuario, si por él no son percibidos, aunque por otro se separen de la tierra, compete preferentemente al propietario la condición, y al usufructuario la acción de

(1) retinere, *Fl. según reciente corrección, Br.*

(2) nondum ab aliquo possessus, *inserta Hal.*

(3) Pomponius, *Vulg.*

(4) eo, *Fl. según corrección, Br.*

(5) Digestorum, *omitela Hal.; y aquí comienzan las ediciones vulgares otro fragmento.*

(6) si, *(omitiendo licet), Hal.*

(7) alio, *omitela la Vulg.*

(8) Taur. al margen; separantur, *en el texto.*

autem movetur eo, quod si postea fructus istos nactus fuerit fructuarius, fortassis fiant eius; nam si fiunt, qua ratione hoc evenit, nisi ea, ut interrim ficerent proprietarii? Mox apprehensi fructuarii efficiuntur, exemplo rei sub conditione legatae, quae interim heredis est, existente autem conditione ad legatarium transit; verum est enim, conditionem competere proprietario. Quum autem in pendenti est dominium, ut ipse Iulianus ait, in foetu, qui summittitur, et in eo, quod servus fructuarius per traditionem accepit nondum quidem pretio soluto, sed tamen ab eo satisfacto, dicendum est, conditionem pendere, magisque in pendenti esse dominium.

13. [15.] *Idem libro XVIII. ad Sabinum.*—Si cuius rei usufructus legatus erit, dominus potest in ea re satisfactionem desiderare, ut officio iudicis hoc fiat; nam sicuti debet fructuarius uti frui, ita et proprietatis dominus securus esse debet de proprietate. Haec autem ad omnem usufructum pertinere Iulianus libro trigesimo octavo (1) Digestorum probat. [16.] Si usufructus legatus sit, non prius dandam actionem usufructuario, quam satisdederit, se boni viri arbitrato usurum fruiturum; sed etsi plures sint, a quibus usufructus relictus est, singulis satisfacere oportet.

§ 1.—Quum igitur de usufructu agitur, non solum quod factum est, arbitratur, sed etiam in futurum quemadmodum uti frui debet.

§ 2.—De praeteritis autem damnis fructuarius etiam lege Aquilia tenetur, et interdicto Quod vi aut clam, ut Iulianus ait; nam fructuarium quod teneri his actionibus, necnon furti, certum est, sicut quemlibet alium, qui in aliena re tale quid commiserit. Denique consultus, quo bonum fuit, actionem polliceri Praetorem, quum competit legis Aquiliae actio, respondit, quia sunt casus, quibus cessat Aquiliae actio, ideo iudicem dari, ut eius arbitrato utatur; nam qui agrum non proscindit, qui vites non subserit, item aquarum ductus corrumpi patitur, lege Aquilia non tenetur. Eadem et in usuario dicenda sunt.

§ 3.—Sed si inter duos fructuarios sit controversia, [17.] Iulianus libro trigesimo octavo (2) Digestorum scribit aequissimum esse, quasi communi dividendo iudicium dari, vel stipulatione inter se eos cavere, qualiter fruuntur. Cur enim, inquit Iulianus, ad arma et rixam procedere patitur Praetor, quos potest iurisdictione sua componere? Quam sententiam Celsus quoque libro vicesimo (3) Digestorum probat, et ego puto veram.

hurto, porque le interesó que no se hubiesen quitado los frutos. Pero Marcelo se aparta de esto, porque si después el usufructuario hubiere recuperado estos frutos, acaso se harían de él; pues si se hacen, ¿por qué razón sucede esto, sino porque entre tanto se harían del propietario? Después de recogidos se harán del usufructuario, á la manera de una cosa legada bajo condición, la cual es interinamente del heredero, pero cumpliéndose la condición pasa al legatario; luego es verdad que la condición compete al propietario. Mas cuando está pendiente el dominio, como dice el mismo Juliano, sobre el fruto que se halla bajo tierra, y sobre aquello que el esclavo usufructuario recibió por entrega no habiendo sido aun pagado ciertamente el precio, pero habiéndose dado caución por él, se ha de decir que está pendiente la condición, y que más bien está pendiente el dominio.

13. [15.] *El mismo; Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—Si se hubiere legado el usufructo de alguna cosa, puede el dueño pedir fianza sobre dicha cosa, para que por ministerio del juez se haga esto; porque así como el usufructuario debe usufructuar, así también el dueño de la propiedad debe estar asegurado respecto de la propiedad. Y prueba Juliano en el libro trigesimo octavo del Digesto que esto pertenece á todo usufructo. [16.] Si se hubiese legado el usufructo, no se ha de dar acción al usufructuario antes que hubiere dado fianza de que habrá de usufructuar á arbitrio de buen varón; pero aunque sean muchos aquellos á cuyo cargo se dejó el usufructo, debe darse fianza á cada uno de ellos.

§ 1.—Así pues, cuando se trata de un usufructo, se arbitra no solamente sobre lo que se ha hecho, sino también sobre el modo como debe usufructuar en lo futuro.

§ 2.—Pero también por la ley Aquilia, y por el interdicto *Quod vi aut clam* (lo que se hizo por fuerza ó clandestinamente) está obligado el usufructuario por los daños pasados, según dice Juliano; porque es cierto que el usufructuario se obliga también por estas acciones, así como por la de hurto, lo mismo que otro cualquiera que en una cosa ajena hubiere hecho algo semejante. Finalmente, consultado por qué fué bueno que el Pretor prometiera acción, compitiendo la acción de la ley Aquilia, respondió, que porque hay casos en los que cesa la acción de la ley Aquilia, por eso se da juez, para que use á arbitrio de él; porque el que no labra el campo, el que no cultiva las viñas, así como el que consiente que se deterioren los acueductos, no está obligado por la ley Aquilia. Lo mismo se ha de decir también respecto al usuario.

§ 3.—Pero si entre dos usufructuarios hubiese controversia, [17.] escribe Juliano en el libro trigesimo octavo del Digesto, que es muy justo que se dé acción como de división de cosa común, ó que entre ellos por estipulación se dé caución de cómo usufructuarán. Porque ¿cómo, dice Juliano, consentirá el Pretor que lleguen á las armas y á reñir aquellos á quienes puede conciliarlos con su jurisdicción? Cuya opinión aprueba también Celso en el libro vigésimo del Digesto, y yo la estimo verdadera.

(1) trigesimo quinto, Hal.; las ediciones vulgares comienzan aquí otro fragmento.

(2) Véase la nota 1.

(3) octavo decimo, Hal.; XXX., Vulg.

§ 4.—Fructuarius causam proprietatis deterioram facere non debet, meliorem facere potest. Et aut fundi est usufructus legatus, et non debet neque arbores frugiferas excidere, neque villam diruere, nec quidquam facere in perniciem proprietatis. Et si forte voluptare (1) fuit praedium, viridaria vel gestationes vel deambulationes arboribus infructuosas opacas atque amoenas habens, non debet delicere, ut forte hortos olitorios faciat, vel aliud quid, quod ad reditum spectat.

§ 5.—Inde est quaesitum, an lapidicinas, vel cretifodinas, vel arenifodinas ipse instituere possit? Et ego puto etiam ipsum instituere posse, si non agri partem necessariam huic rei occupaturus est. Proinde venas quoque lapidicinarum et huiusmodi metallorum inquirere poterit; ergo et auri, et argenti, et sulphuris, et aeris, et ferri, et ceterorum fodinas, vel quas paterfamilias instituit, exercere poterit, vel ipse instituere, si nihil agriculturae nocebit. Et si forte in hoc, quod instituit, plus reditus sit, quam in vineis, vel arbutis, vel olivetis, quae fuerunt, forsitan etiam haec delicere poterit, siquidem ei permittitur meliorare proprietatem.

§ 6.—Si tamen quae instituit usufructuarius, aut coelum corrumpant agri, aut magnum apparatus sint desideratura, opificum forte vel legulorum (2), quae non potest sustinere proprietarius, non videbitur viri boni arbitrato frui; sed nec aedificium quidem positurum in fundo, nisi quod ad fructum percipiendum necessarium sit.

§ 7.—Sed si aedium usufructus legatus sit, Nerva filius et lumina immittere eum posse ait; sed et colores, et picturas, et marmora poterit, et sigilla, et si quid ad domum ornatum. Sed neque diaetas transformare, vel coniungere, aut separare ei permittetur, vel aditus posticasve vertere (3), vel refugia aperire, vel atrium mutare, vel viridaria ad alium modum convertere; excolere enim, quod inveniit, potest qualitate aedium non immutata. Item Nerva, eum, cui aedium usufructus legatus sit, altius tollere non posse, quamvis lumina non obscurentur, quia tectum magis turbatur; quod Labeo etiam in proprietatis domino scribit. Idem Nerva, nec obstruere eum posse.

§ 8.—Item si domus usufructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet, nec per coenacula dividere domum; atqui locare potest, sed oportebit quasi domum locare, nec balneum ibi faciendum est. Quod autem dicit meritoria non facturum, ita accipe, quae vulgo deversoria, vel fullonica appellant. Ego quidem (4), et si balneum sit in domo usibus dominicis solitum vacare in intima parte domus, vel inter diaetas amoenas, non recte nec ex boni viri arbitrato facturum, si id locare coeperit, ut publice lavet, non magis, quam si domum ad stationem iumentorum locaverit, aut si stabulum, quod erat domus iumentis et carrucis vacans, pistrino locaverit,

§ 4.—El usufructuario no debe empeorar la condición de la propiedad, pero puede mejorarla. Y ó se legó el usufructo de un fundo, y no debe ni cortar los árboles frutales, ni demoler los edificios, ni hacer cosa alguna en perjuicio de la propiedad. Y si acaso el predio fué de recreo, teniendo verjeles, ó alamedas, ó pascos cubiertos de sombra y amenos con árboles infructíferos, no deberá arrancarlos, acaso para hacer huertas, ó alguna otra cosa que reditue.

§ 5.—Por esto se preguntó, ¿podría acaso él abrir canteras, ó gredales, ó minas de arena? Y opino que también él puede abrirlas, si para este objeto no ha de ocupar una parte necesaria del campo. Por consiguiente, podrá buscar también filones de piedras y metales de esta naturaleza; y por lo tanto, ó podrá explotar las minas de oro, y de plata, y de azufre, y de cobre, y de hierro, y de los demás metales, que abrió el padre de familia, ó abrir él mismo otras, si en nada perjudicare á la agricultura. Y si acaso en esto que estableció se obtuviese más rédito que en las viñas, ó en los arbustos, ó en los olivares que hubo, quizá podrá también arrancarlos, puesto que se le permite mejorar la propiedad.

§ 6.—Pero si las cosas que innova el usufructuario ó vician la atmósfera del campo, ó hubieran de requerir un grande aparato, acaso de operarios ó de recolectores, cuyas cosas no puede sostener el propietario, no parecerá que usufructúa á arbitrio de buen varón; mas, á la verdad, tampoco ha de levantar en el fundo edificio, sino el que sea necesario para percibir los frutos.

§ 7.—Pero si se hubiese legado el usufructo de casas, dice Nerva, el hijo, que puede él darles también luces; mas podrá pintarlas, y decorarlas con pinturas, mármoles y estatuas, y con cualquier otro ornato propio de casas. Pero no se le permitirá transformar, ó unir, ó separar las habitaciones, ó variar las entradas ó los postigos, ó abrir puertas secretas, ó mudar el átrio, ó poner de otro modo los verjeles; porque puede hermosear lo que encuentra, sin alterar la naturaleza de las casas. También dice Nerva que aquel á quien se haya legado el usufructo de casas, no puede levantarlas más altas, aunque no se disminuyan las luces, porque se perjudica más la techumbre; lo que también escribe Labeo respecto al dueño de la propiedad. El mismo Nerva dice que tampoco puede éste obstruir las luces.

§ 8.—Asimismo, si se hubiese legado el usufructo de una casa, no debe el usufructuario hacer de ella casa pública, ni dividir la casa en cuartos pequeños; mas puede arrendarla, pero convendrá que la arriendo como casa, sin que tampoco en ella se hayan de hacer baños. Mas lo que dice que no ha de hacer casa pública, entendiéndolo de este modo, las que vulgarmente llaman posadas, ó lavaderos. Yo, á la verdad, opino también que si en la casa hubiese un baño destinado de ordinario para uso de los dueños en alguna parte interior de la casa, ó en habitaciones de recreo, no obrará rectamente, ni tampoco á arbitrio de buen varón, si hubiere comenzado á arrendarlo para que en él se lave públicamente, no de otra suerte que si hubiere arrendado la casa para estancia de caballerías, ó si hubiere arrendado para tahona el estable que habia para las caballerías y carrozas de la casa,

(1) Según conjetura de Russardo; voluptate, ó voluptati, Fl. según la escritura original; voluptuarium, según reciente corrección. Br.

(2) figulorum, erradamente la Vulg.

(3) evertere, Fl. según reciente corrección, Br.

(4) Ergo, (omitiendo quidem), Hal.

14. [18.] PAULUS *libro III. ad Sabinum.*—licet multo minus ex ea re fructum percipiat.

15. [19.] ULPIANUS *libro XVIII. ad Sabinum.*—Sed si quid inaedificaverit, postea eum neque tollere hoc, neque refigere (1) posse, refixa plane posse vindicare.

§ 1.—Mancipiorum quoque ususfructus (2) legato non debet abuti, sed secundum conditionem eorum uti. Nam si librarium rus mittat, et quantum et calcem portare cogat, histrionem balneatorem faciat, vel de symphonia atriensem, vel de palaestra stercorandis (3) latrinis praeponat, abuti videbitur proprietate.

§ 2.—Sufficienter autem alere et vestire debet secundum ordinem et dignitatem mancipiorum.

§ 3.—Et generaliter Labeo ait, in omnibus rebus mobilibus modum eum tenere debere, ne sua feritate vel saevitia ea corrumpat; alioquin etiam lege Aquilia eum conveniri.

§ 4.—Et si vestimentorum ususfructus legatus sit, non sicut quantitatis ususfructus legetur, dicendum est, ita uti eum debere, ne abutatur; nec tamen locaturum, quia vir bonus ita non utetur.

§ 5.—Proinde et si scenicae vestis ususfructus legetur, vel (4) aulaei, vel alterius apparatus, alibi, quam in scena non utetur. Sed an et locare possit, videndum est. Et puto locaturum, et licet testator commodare, non locare fuerit solitus, tamen ipsum fructuarium locaturum tam scenicam, quam funebrem vestem.

§ 6.—Proprietatis dominus non debet impedire fructuarium ita utentem, ne deteriorem eius conditionem faciat. De quibusdam plane dubitatur, si eum uti prohibeat, an iure id faciat, ut puta dollis, si forte fundi ususfructus sit legatus. Et putant quidam, et si defossa sint, uti prohibendum; idem et in seriis, et in cuppis, et in cadis et amphoris putant; idem et in specularibus, si domus ususfructus legetur. Sed ego puto, nisi sit contraria voluntas, etiam instrumentum fundi vel domus contineri.

§ 7.—Sed nec servitatem imponere fundo potest proprietarius, nec amittere servitatem. Acquirere plane servitatem eum posse etiam invito fructuario, Iulianus scripsit. Quibus consequenter fructuarium quidem acquirere fundo servitatem non potest, retinere autem potest; et si forte fuerint non utente fructuario amissae, hoc quoque nomine tenebitur. Proprietatis dominus ne quidem (5) consentiente fructuario servitatem imponere potest,

16. [20.] PAULUS *libro III. ad Sabinum.*—nisi

14. [18.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—aunque por esta razón perciba muchos menos frutos.

15. [19.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—Pero si hubiere edificado alguna cosa, después no puede él ni demolerla ni separarla, bien que las separadas puede vindicarlas.

§ 1.—Tampoco debe abusar del legado del usufructo de esclavos, sino usar de éstos conforme á su condición. Porque si al copista de libros lo enviase al campo, y le obligase á llevar cestos y cal, y al histrión lo hiciese bañero, ó de la música lo destinase á mayordomo, ó de la palestra á limpiar las letrinas, se entenderá que abusa de la propiedad.

§ 2.—Mas debe alimentarlos y vestirlos suficientemente, según la clase y condición de los esclavos.

§ 3.—Y en general dice Labeon, que respecto de todas las cosas muebles debe él tener modos, para que no las altere con su rigor y su crueldad; que de otra manera, él es demandado también en virtud de la ley Aquilia.

§ 4.—Y si se hubiese legado el usufructo de vestidos, y no se legase como usufructo de cantidad, se ha de decir que él debe usar de modo que no abuse; y que tampoco habrá de alquilarlos, porque un buen varón no usaría de ellos de esta manera.

§ 5.—Por tanto, si se legase el usufructo de un traje escénico, ó de un telón de teatro, ó de otro aparato, tampoco usará de ellos en otra parte mas que en la escena. Pero se ha de ver si podría también arrendarlos. Y opino que podrá arrendarlos, y aunque el testador hubiere acostumbrado á prestarlo, no á arrendarlo, sin embargo, el mismo usufructuario podrá alquilar un traje así escénico, como fúnebre.

§ 6.—El dueño de la propiedad no deberá poner impedimento al usufructuario que use de este modo, para no hacer peor la condición de éste. A la verdad, dúdase respecto á algunas cosas, si le puede prohibir que use de ellas, ó si haga esto con derecho, por ejemplo, de las tinajas, si acaso se hubiese legado el usufructo de un fundo. Y opinan algunos, que aunque estuviesen empotradas en la tierra, se le ha de prohibir que use; y lo mismo opinan también respecto á las tinajas medianas, cubas, barriles, y ánforas; y también lo mismo respecto á las vidrieras, si se legara el usufructo de una casa. Pero yo opino, que como no haya una voluntad contraria, se comprenden también los útiles del fundo, ó de la casa.

§ 7.—Pero tampoco puede el propietario imponer servidumbre al fundo, ni perder una servidumbre. Juliano escribió, que ciertamente puede él adquirir una servidumbre aun contra la voluntad del usufructuario. Consiguientemente á esto, el usufructuario no puede en realidad adquirir servidumbre para el fundo, pero puede retenerla; y si acaso se hubieren perdido por no usarlas el usufructuario, quedará obligado también por este motivo. El dueño de la propiedad no puede ciertamente, aun consintiéndolo el usufructuario, imponer una servidumbre,

16. [20.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro*

(1) refringere, *Vulg.*

(2) usufructu, *Hal.*

(3) extergendis, *Hal.*

(4) velut, *Hal.*; vel annuli aurei, *Vulg.*

(5) equidem, (*en lugar de no quid*), conjeturan otros en *Geb.*; pero véase *Glück.* T. 9 p. 44 y siguientes.

qua deterior fructuarii conditio non fiat, veluti si talem servitutem vicino concesserit, ius sibi non esse altius tollere.

17. [21.] ULPIANUS libro XVIII. ad Sabinum.—Locum autem religiosum facere potest consentiente usufructuario; et hoc verum est favore religionis. Sed interdum et solus proprietatis dominus locum religiosum facere potest; finge enim eum testatorem inferre, quum (1) non esset tam opportune, ubi sepeliretur.

§ 1.—Ex eo, ne deteriorem conditionem fructuarii faciat proprietarius, solet quaeri, an servum dominus coercere possit? Et Aristo apud Cassium notat, plenissimam eum coercionem habere, si modo sine dolo malo faciat, quamvis usufructuarius nec contrariis quidem ministeriis aut inusitatis artificium eius corrumpere possit, nec servum cicatricibus deformare.

§ 2.—Proprietarius autem et servum noxae dedere poterit, si hoc sine dolo malo faciat, quoniam noxae deditio iure non perimit usumfructum, non magis, quam usucapio proprietatis, quae post constitutum usumfructum contingit. Debet plane denegari ususfructus persecutio, si ei, qui noxae accepit, litis aestimatio non offeratur a fructuario.

§ 3.—Si quis servum occiderit, utilem actionem exemplo Aquiliae fructuario dandam nunquam dubitavi.

18. [22.] PAULUS libro III. ad Sabinum.—Agni usufructu legato in locum demortuarum arborum aliae substituendae sunt, et priores ad fructuarium pertinent.

19. [23.] POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Proculus putat insulam posse ita legari, ut ei servitus imponatur, quae alteri insulae hereditariae debeatur, hoc modo: «si ille heredi meo promiserit, per se non fore, quo altius ea aedificia tollantur, tum ei (2) eorum aedificiorum usumfructum do, lego»; vel sic: «aedium illarum, quoad altius, quam uti (3) nunc sunt, aedificatae non erunt, illi usumfructum do, lego».

§ 1.—Si arbores vento deiectas dominus non tollat, per quod incommodior is sit ususfructus vel iter, suis actionibus usufructuario cum eo experiendum.

20. [24.] ULPIANUS libro VIII. ad Sabinum.—Si quis ita legaverit: «fructus annuos fundi Cornelianii Caio Maevio do, lego», perinde accipi debet hic sermo, ac si ususfructus fundi esset legatus.

21. [25.] IDEM libro XVII. ad Sabinum (4).—Si servi ususfructus sit legatus, quidquid is ex opera sua acquirit vel ex re fructuarii, ad eum pertinet, sive stipuletur, sive ei possessio fuerit tradita. Si vero heres institutus sit, vel legatum

III.—a no ser que con ella no se haga peor la condición del usufructuario, por ejemplo, si hubiere concedido al vecino la servidumbre de no tener él el derecho de levantar más alto el edificio.

17. [21.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—Mas puede hacer religioso un lugar consintiendo el usufructuario; y esto es verdad en favor de la religión. Pero á veces también sólo el dueño de la propiedad puede hacer religioso un lugar; porque supón que él entierra al testador, porque no hubiese lugar tan oportuno donde fuese sepultado.

§ 1.—Por esto, de que no haga el propietario peor la condición del usufructuario, suele preguntarse, ¿podría acaso el dueño castigar al esclavo? Y nota Aristo comentando á Cassio, que tiene aquél plenísima facultad para castigarlo, con tal que lo haga sin dolo malo, aunque no pueda el usufructuario viciar su oficio con ocupaciones en realidad contrarias ó inusitadas, ni desfigurar al esclavo con cicatrices.

§ 2.—Mas también podrá el propietario entregar por noxa el esclavo, si esto lo hiciera sin dolo malo, porque la dación por noxa no extingue de derecho el usufructo, como tampoco la usucapión de la propiedad, que se realiza después de constituido el usufructo. Deberá ciertamente denegarse la persecución del usufructo, si á aquel que recibió por noxa no se le ofreciera por el usufructuario la estimación del litigio.

§ 3.—Si alguno hubiere matado al esclavo, nunca dudé que se ha de dar al usufructuario una acción útil al modo de la de la ley Aquilia.

18. [22.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Legado el usufructo de un campo, han de substituirse otros en lugar de los árboles muertos, y los primeros pertenecen al usufructuario.

19. [23.] POMONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Opina Próculo que puede legarse una casa de suerte que se le imponga la servidumbre, que se deba á otra casa de la herencia, de este modo: «si aquél prometiére á mi heredero que por él no haría que se levanten más altos aquellos edificios, en este caso le doy y lego el usufructo de tales edificios»; ó de esta manera: «doy y lego á aquél el usufructo de aquellas casas mientras no fueren edificadas más altas de como ahora están».

§ 1.—Si el dueño no quitase los árboles arrancados por el viento, por lo que fuera más incómodo el usufructo ó el paso, se ejercitarán contra él por el usufructuario sus acciones.

20. [24.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro VIII.*—Si alguno hiciere un legado de este modo: «doy y lego á Cayo Mevio los frutos anuales del fundo Cornelianio», debe entenderse esta cláusula igualmente que si se hubiese legado el usufructo del fundo.

21. [25.] EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Si se hubiera legado el usufructo de un esclavo, todo lo que él adquiere por su trabajo ó por cosa del usufructuario pertenece á éste, ya estipule, ya se le hubiere entregado la pose-

(1) quam, dice el texto, sin duda por errata.—N. del T.
(2) ei, omittela Hal.

(3) uti, omittela Hal.
(4) ad edictum, Hal.

acceperit, Labeo distinguit, cuius gratia vel heres instituitur, vel legatum acceperit.

22. [26.] IDEM libro XVIII. ad Sabinum.—Sed et si quid donetur servo, in quo ususfructus alterius est, quaeritur, quid fieri oporteat. Et in omnibus istis, siquidem contemplatione fructuarii aliquid ei relictum vel donatum est, ipsi acquirat (1); sin vero proprietarii, proprietario; si ipsius servi, acquiratur domino (2). Nec distinguimus, unde cognitum eum, et cuius merito habuit, qui donavit vel reliquit. Sed et si conditionis implendae causa quid servus fructuarius consequatur, et constiterit, contemplatione fructuarii eam conditionem adscriptam, dicendum est, ipsi acquiri; nam et in mortis causa donatione idem dicendum est.

23. [27.] IDEM libro XVII. ad Sabinum (3).—Sed sicuti stipulando fructuario acquirat, ita etiam paciscendo eum acquirere exceptionem fructuario, Iulianus libro trigesimo (4) Digestorum scribit. [28.] Idemque (5), etsi acceptum rogaverit, liberationem ei parere.

§ 1.—Quoniam autem diximus, quod ex operis acquiratur, ad fructuarium pertinere, sciendum est, etiam cogendum eum operari. Etenim modicam quoque castigationem fructuario competere Sabinus respondit, et Cassius libro octavo (6) Iuris civilis scripsit: vi (7) neque torquat, neque flagellis caedat.

24. [29.] PAULUS libro X. ad Sabinum.—Si quis donaturus usufructuario (8) sponderit servo, in quem usumfructum habet, stipulanti, ipsi usufructuario obligabitur, quia, ut ei servus talis stipulari possit, usitatum est.

25. [30.] ULPIANUS libro XVIII. (9) ad Sabinum.—Sed et si quid stipuletur sibi aut Stichio servo fructuario (10) donandi causa, dum vult fructuario praestitum, dicendum, si ei solvatur, fructuario acquiri.

§ 1.—Interdum tamen in pendentem est, cui acquirat iste fructuarius servus, ut puta si servum emit et per traditionem accepit, nec dum pretium numeravit, sed tantummodo pro eo fecit satis, interim cuius sit, quaeritur. Et Iulianus libro trigesimo quinto Digestorum scripsit, in pendentem esse dominium eius, et numerationem prolii declaraturam, cuius sit; nam si ex re fructuarii, retro (11) fructuarii fuisse. Idemque est et si forte stipulatus sit servus numeraturus pecuniam; nam numeratio declarabit, cui sit acquisita stipulatio. Ergo ostendimus, in pendentem esse dominium, donec pretium numeretur. Quid ergo, si amisso usu-

sión. Pero si hubiera sido instituido heredero, ó recibiere un legado, distingue Labeo por consideración de quién ó es instituido heredero, ó haya recibido el legado.

22. [26.] EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—Pero también si se donara alguna cosa á algún esclavo, sobre el cual tiene otro el usufructo, se pregunta qué debe hacerse. Y en todos estos casos, si se le dejó ó donó alguna cosa por contemplación del usufructuario, la adquirirá para el mismo; mas si por la del propietario, para el propietario; si por la del mismo esclavo, la adquirirá para el señor. Y no distinguimos de dónde y por razón de qué lo conoció el que hizo la donación ó el legado. Mas si el esclavo usufructuario consiguiera alguna cosa por causa de cumplirse una condición, y constare que aquella condición había sido impuesta por contemplación del usufructuario, se ha de decir también que adquiere para el mismo; porque también se ha de decir lo mismo en la donación por causa de muerte.

23. [27.] EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Pero así como estipulando adquiere para el usufructuario, así también, escribe Juliano en el libro trigésimo del Digesto, pactando adquiere el excepción para el usufructuario. [28.] Y dice el mismo, que aunque hubiere rogado que se le tuviese por quitado, le libra de la obligación.

§ 1.—Mas puesto que hemos dicho que lo que se adquiere por el trabajo pertenece al usufructuario, ha de saberse que aquél también ha de ser obligado á trabajar. Porque respondió Sabino, que también compete al usufructuario la facultad de un moderado castigo, y Cassio escribió en el libro octavo del Derecho civil: ni le atormente con fuerza, ni le azote.

24. [29.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro X.*—Si el que hubiere de donar prometiere al esclavo usufructuario que estipula para quien tiene el usufructo, se obligará para el mismo usufructuario, porque está en uso que para éste pueda estipular tal esclavo.

25. [30.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—Pero si con ánimo de hacer una donación estipulara alguna cosa para sí ó para Stichio, esclavo usufructuario, queriendo que fuese entregada al usufructuario, se ha de decir que si se le pagara, se adquiere para el usufructuario.

§ 1.—Mas á veces está en suspenso para quién adquiera este esclavo usufructuario, por ejemplo, si compró un esclavo y lo recibió mediante entrega, mientras no pagó el precio, sino que tan sólo dió fianza por él, se pregunta de quién sea entretanto. Y escribió Juliano en el libro trigésimo quinto del Digesto, que está en suspenso el dominio de él, y que el pago del precio declarará de quién sea; porque si se pagó de los bienes del usufructuario, fué desde un principio del usufructuario. Y lo mismo es también si acaso hubiera estipulado el esclavo que ha de pagar el dinero; porque el pago declarará para quién haya sido

(1) acquiratur, *Vulg.*
 (2) sin vero proprietarii, vel ipsius servi acquiratur domino, *Hal.*
 (3) ad edictum, *Hal.*
 (4) quinto, *inserta Hal.*—Véase *Fragm. Vatic.* §. 73.
 (5) Itemque, *la Vulg.*, comenzando aquí otro fragmento.

(6) VII., *Vulg.*
 (7) ut, *(en lugar de vi)*, *Hal. Vulg.*
 (8) fructuario, *Fl. según reciente corrección, Br.*
 (9) XVI., *Hal.*
 (10) fructuarii, *Hal.*
 (11) recte, *Vulg.*

fructu tunc pretium numeretur? [31.] (1) Iulianus quidem libro trigesimo quinto Digestorum scripsit, adhuc interesse, unde sit pretium numeratum. Marcellus vero et Mauricianus (2) amisso usufructu iam putant dominium acquisitum proprietatis domino; sed Iuliani sententia humanior est. Quodsi ex re utriusque pretium fuerit solutum, ad utrumque dominium pertinere Iulianus scripsit, scilicet pro rata pretii soluti. Quid tamen, si forte simul solverit ex re utriusque, ut puta decem millia pretii nomine debebat, et dena solvit ex re singulorum, cui magis servus acquirat? Si numeratione solvit, intererit, cuius priores numos solvat; nam, quos postea solverit aut vindicabit, aut si fuerint numi consumti, ad conditionem pertinent; si vero simul in sacculo solvit, nihil fecit accipientis, et ideo nondum acquisisse quisquam (3) dominium videtur, quia, quum plus pretium solvit servus, non faciet numus accipientis.

§ 2.—Si operas suas iste servus locaverit, et in annos singulos certum aliquid stipuletur, eorum quidem annorum stipulatio, quibus usufructus mansit, acquireretur fructuario, sequentium vero stipulatio ad proprietarium transit semel acquisita fructuario, quamvis non soleat stipulatio semel cui quaesita ad alium transire, nisi ad heredem vel arrogatorem. Proinde si forte usufructus in annos singulos fuerit legatus, et iste servus operas suas locavit, et stipulatus est, ut supra scriptum est, prout capitis minutione (4) amissus fuerit usufructus, mox restitutus, ambulabit (5) stipulatio; profectaque ad heredem redibit ad fructuarium.

§ 3.—Quaestionis est, an id, quod acquiri fructuario non potest, proprietario acquiratur? Et Iulianus quidem libro trigesimo quinto (6) Digestorum scripsit, quod fructuario acquiri non potest, proprietario quaeri. Denique scribit, eum, qui ex re fructuarii stipuletur nominatim proprietario, vel iussu eius, ipsi acquirere; contra autem nihil agit, si non ex re fructuarii, nec ex operis suis fructuario stipuletur.

§ 4.—Servus fructuarius si usufructum in se dari stipuletur aut sine nomine, aut nominatim proprietario, ipsi proprietario acquirat exemplo servi communis, qui stipulando rem alteri ex dominis, cuius res est, nihil agit, quoniam rem suam stipulando quis nihil agit, alteri stipulando acquirat solidum.

§ 5.—[32.] (7) Idem Iulianus eodem libro scribit: si servo fructuarius operas eius locaverat, nihil agit; nam et si ex re mea, inquit, a me stipulatus sit, nihil agit, non magis, quam servus

adquirida la estipulación. Luego hemos demostrado que está en suspenso el dominio hasta que se pague el precio. ¿Qué se dirá, pues, si, perdido el usufructo, entonces se pagase el precio? [31.] A la verdad, escribió Juliano en el libro trigésimo quinto del Digesto, que aun interesaba, de dónde se haya pagado el precio. Pero Marcelo y Mauriciano opinan que, perdido el usufructo, se adquirió ya el dominio para el dueño de la propiedad; pero es más humano el parecer de Juliano. Mas si el precio se hubiere pagado de bienes de uno y de otro, escribió Juliano, que el dominio pertenece á ambos, por supuesto, á prorrata del precio pagado. Mas, ¿qué, si acaso hubiere pagado simultáneamente del caudal de ambos, por ejemplo, si debía diez mil por razón del precio, y pagó los diez del caudal de cada uno, para quién adquiere preferentemente el esclavo? Si verificó el pago, interesará de quién pague los primeros dineros; porque los que después hubiere pagado ó los vindicará, ó si los dineros hubieren sido consumidos, son objeto de la condición; pero si los pagó juntamente en un talego, nada hace del que los recibe, y por esto se entiende que ninguno adquirió todavía el dominio, porque, habiendo pagado el esclavo más precio, no hará del que lo recibe el dinero.

§ 2.—Si este esclavo hubiere alquilado sus servicios, y estipulase alguna cosa cierta por cada año, á la verdad, la estipulación de estos años, en que subsistió el usufructo, se adquirirá para el usufructuario, pero la estipulación de los siguientes pasa al propietario una vez adquirida para el usufructuario, aunque no suela la estipulación, una vez adquirida para uno, pasar á otro, sino al heredero, ó al arrogador. Por lo que, si acaso se hubiere legado el usufructo para cada año, y este esclavo alquiló sus servicios, y estipuló, según arriba queda escrito, como por la disminución de cabeza se hubiere perdido el usufructo, restituido después, andará ambulante la estipulación; y habiendo llegado al heredero, volverá al usufructuario.

§ 3.—Cuestionase sobre si lo que no puede adquirirse para el usufructuario, ¿se adquirirá para el propietario? Y Juliano escribió ciertamente en el libro trigésimo quinto del Digesto, que lo que no puede adquirirse para el usufructuario se adquiere para el propietario. Escribe finalmente, que aquel que sobre cosa del usufructuario estipule expresamente para el propietario, ó por mandato de él, adquiere para el mismo; pero que por el contrario nada hace, si no estipulase para el usufructuario sobre cosa del usufructuario, ni sobre sus propios servicios.

§ 4.—El esclavo usufructuario, si estipulase que se dé el usufructo sobre él, ó sin expresión de nombre, ó expresamente para el propietario, adquiere para el mismo propietario á ejemplo del esclavo común, que estipulando una cosa para uno de los señores, de quien es la cosa, nada hace, porque estipulando uno su propia cosa nada hace, y estipulándola para otro la adquiere enteramente.

§ 5.—[32.] El mismo Juliano escribe en el propio libro: si el usufructuario había dado en arriendo al esclavo sus propios servicios, nada hace; porque tampoco hace nada, dice, si de mí hubiera estipu-

(1) Según las ediciones vulgares.

(2) Martianus. Hal. Vulg.

(3) cuiquam. Fl. según reciente corrección, Br.

(4) deminutione, Hal. Vulg.

(5) restituitur et ambulabit, Hal. Vulg.

(6) XXV., Vulg.

(7) Según las ediciones vulgares.

alienus bona fide mihi serviens idem agendo domino quidquam acquirat. Simili modo ait, ne quidem si rem meam a me fructuario conducat, me non obligavit. Et regulariter definit: quod quis ab alio stipulando mihi acquirat, id a me stipulando nihil agit, nisi forte, inquit, nominatim domino suo stipuletur a me, vel conducat.

§ 6.—Si duos fructuarios proponas, et ex alterius re servus sit stipulatus, quaeritur, utrum totum, an pro parte, qua habet usumfructum, ei quaeratur; nam et in duobus bonae fidei possessoribus hoc idem est apud Scaevolam agitatum libro secundo Quaestionum. Et ait, vulgo creditum, rationemque hoc facere, ut si ex re alterius stipuletur, partem ei duntaxat quaeri (1), partem domino; quod si nominatim sit stipulatus, nec dubitari debere, quin adiecto nomine solidum ei quaeratur. Idemque sit, etsi iussu eius stipuletur, quoniam iussum pro nomine accipimus. Idem et in fructuariis erit dicendum, ut quo casu non totum acquiratur fructuario, proprietatis domino erit quaesitum, quoniam ex re fructuarii quaeri ei posse ostendimus.

§ 7.—Quod autem diximus, ex re fructuarii vel ex operis posse acquirere, utrum tunc locum habeat, quoties iure legati ususfructus sit constitutus, an et si per traditionem, vel stipulationem, vel alium quemcumque (2) modum, videndum. Et vera est Pegasii sententia, quam et Iulianus libro sexto decimo (3) secutus est, omnia fructuario acquiri.

26. [33.] PAULUS libro III. ad Sabinum. — Si operas suas locaverit servus fructuarius, et imperfecto tempore locationis ususfructus interierit, quod superest, ad proprietarium pertinebit. Sed et si ab initio certam summam propter operas certas stipulatus fuerit, capite deminuto (4) eo idem dicendum est.

27. [34.] ULPIANUS libro XVIII. ad Sabinum. — Si pendentes fructus iam maturos reliquisset testator, fructuarius eos feret, si die legati cedente adhuc pendentes deprehendisset; nam et stantes (5) fructus ad fructuarium (6) pertinent.

§ 1.—Si dominus solitus fuit tabernis ad merces suas uti vel ad negotiationem, utique permittetur fructuario locare eas et ad alias merces; et illud solum observandum, ne vel abutatur usufructuarius, vel contumeliose iniurioseve utatur usufructu.

§ 2.—Si servi ususfructus legatus est, cuius te-

lado sobre cosa mía, no de otra suerte que el esclavo ajeno que de buena fe me sirve, haciendo lo mismo, nada adquiere para el señor. De la misma manera dice, que si tomase en arrendamiento una cosa mía de mí, usufructuario, ciertamente no me obligó. Y define por vía de regla: que estipulando uno de mí aquello que para mí adquiere estipulando de otro, nada hace, á no ser que quizá, añade, expresamente para su señor estipule de mí, ó tome en arriendo.

§ 6.—Si supusieras que hay dos usufructuarios, y que el esclavo haya estipulado sobre cosa de uno de ellos, se pregunta, si adquirirá para éste la totalidad, ó con arreglo á la parte en que tiene el usufructo; porque también respecto á dos poseedores de buena fe se ha discutido esto mismo por Scévola en el libro segundo de las Cuestiones. Y dice, que se cree vulgarmente, y está fundado en razón, que si estipulara sobre cosa de uno de ellos, se adquiere para éste tan sólo una parte, y otra para el dueño; pero que si hubiese estipulado expresamente, no debe dudarse que se adquiriera la totalidad para aquel cuyo nombre se expresó. Y lo mismo dice, aunque estipulara por su mandato, porque tomamos el mandato por equivalente del nombre. Lo mismo se habrá de decir también respecto á los usufructuarios, de suerte que en el caso de que no se adquiriese la totalidad para el usufructuario, se habrá adquirido para el dueño de la propiedad, porque hemos manifestado que puede adquirirse para éste con cosa del usufructuario.

§ 7.—Mas lo que hemos dicho, que puede adquirir en virtud de cosa del usufructuario ó de sus servicios, se ha de ver si tendrá lugar entonces, cuando se haya constituido el usufructo por derecho de legado, ó si también por medio de entrega, ó de estipulación, ú otro cualquier medio. Y es verdadero el parecer de Pegaso, que siguió también Juliano en el libro décimo sexto, que todo se adquiere para el usufructuario.

26. [33.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Si el esclavo usufructuario hubiere arrendado sus servicios, y se hubiere extinguido el usufructo antes de concluido el tiempo del arrendamiento, lo que resta pertenecerá al propietario. Pero si desde un principio hubiere estipulado cierta cantidad por determinados servicios, habiendo padecido él disminución de cabeza, también se ha de decir lo mismo.

27. [34.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—Si el testador hubiese dejado pendientes los frutos ya maduros, el usufructuario los hará suyos, si los hubiese recogido pendientes todavía al llegar el día del legado; porque también los frutos pendientes pertenecen al usufructuario.

§ 1.—Si el dueño acostumbró destinar sus tiendas para sus mercaderías ó para alguna negociación, se permitirá ciertamente al usufructuario darlas en arriendo y para otras mercaderías; y sólo se ha de observar esto, ó que no abuse el usufructuario, ó que no use del usufructo indecorosa ó inconvenientemente.

§ 2.—Si se legó el usufructo de un esclavo, de

(1) *Taur.*; acquiri, antiguamente en el código Fl., Br.
(2) *quocumque*, antiguamente en el código Fl., Br.
(3) *XVII.*, *Vulg.*

(4) *minuto*, *Hal.*
(5) *nam exstantes*, *Hal.*
(6) *usufructuarium*, *Hal.*

stator quasi ministerio vacuo utebatur, si eum disciplinis vel arte instituerit usufructuarius, arte eius vel peritia utetur.

§ 3.—Si quid cloacarii nomine debeat, vel si quid ob formam aquaeductus, quae per agrum transit, pendatur, ad onus fructuarii pertinebit; sed et si quid ad collationem viae, puto hoc quoque fructuarium subiturum. Ergo et quod ob transitum exercitus confertur ex fructibus, sed et si quid municipio,—nam solent possessores certam partem fructuum municipio villiori pretio addicere, solent et fisco fusiones (1) praestare,—haec onera ad fructuarium pertinebunt.

§ 4.—Si qua servitus imposita est fundo, necesse habebit fructuarius sustinere, unde et si per stipulationem servitus debeat, idem puto dicendum.

§ 5.—Sed et si servus sub poena emptus sit interdicitis certis quibusdam, an si usufructus eius fuerit legatus, observare haec fructuarius debet? Et puto debere eum observare, alioquin non boni viri arbitrato utitur et fruitur.

28. [35.] POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Numismatum aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis uti solent, usufructus (2) legari potest.

29. [36.] ULPIANUS libro XVIII. ad Sabinum.—Omnium bonorum usufructum posse legari, nisi excedat dodrantis aestimationem, Celsus libro trigesimo secundo Digestorum (3), et Iulianus libro sexagesimo primo (4) scribit; et est verius.

30. [37.] PAULUS libro III. ad Sabinum.—Si is, qui binas aedes habeat, aliarum (5) usufructum legaverit, posse heredem, Marcellus scribit, alteras altius tollendo obscurare luminibus, quoniam habitari potest etiam obscuratis aedibus. Quod usque adeo temperandum est, ut non in totum aedes obscurantur, sed modicum lumen, quod habitantibus sufficit, habeant.

31. [38.] IDEM libro X. (6) ad Sabinum.—Ex re fructuarii etiam id intelligitur, quod ei fructuarius donaverit concesseritve, vel ex administratione rerum eius compendii servus fecerit.

32. [39.] POMPONIUS libro XXXIII. ad Sabinum.—Si quis unas (7) aedes, quas solas habet, vel fundum tradit, excipere potest id, quod personae, non praedii est, veluti usum et usufructum. Sed et si excipiat, ut pascere sibi vel inhabitare liceat, valet exceptio, quum ex multis salibus pastione fructus perciperetur. Et habitatio-

quien el testador usaba como sin destinarlo á servicio alguno, si el usufructuario lo hubiere instruido para algún servicio ó arte, usará de su arte ó instrucción.

§ 3.—Si se debiera alguna cosa por razón de limpieza de cloaca, ó si se pagara algo por la estructura del acueducto que pasa por un campo, esto será de cargo del usufructuario; pero si se debiera alguna cosa para la contribución de la vía, opino que también esto lo deberá sufragar el usufructuario. Consiguientemente también aquello con que de los frutos se contribuye por tránsito de un ejército, y si algo se paga al Municipio,—porque suelen los poseedores entregar al Municipio á precio más bajo cierta parte de los frutos, y suelen satisfacer también al fisco repartos,—estas cargas incumbirán al usufructuario.

§ 4.—Si alguna servidumbre se halla impuesta al fundo, el usufructuario tendrá necesidad de soportarla, por lo que opino que se ha de decir lo mismo, también si la servidumbre se debiera por estipulación.

§ 5.—Pero si se hubiera comprado un esclavo bajo una pena habiéndose prohibido algunas cosas, ¿si se hubiere legado el usufructo de él, deberá el usufructuario observar aquellas prohibiciones? Y opino que debe observarlas, pues de otro modo no usa y disfruta á arbitrio de buen varón.

28. [35.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Puede legarse el usufructo de las monedas antiguas de oro ó plata, de las cuales se suele usar en lugar de piedras preciosas.

29. [36.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—Escribe Celso en el libro trigésimo segundo del Digesto, y Juliano en el libro sexagésimo primero, que puede legarse el usufructo de todos los bienes, á no ser que exceda del valor de los tres cuartos de la herencia; y es lo más verdadero.

30. [37.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Si el que tuviera dos casas hubiere legado el usufructo de una, escribe Marcelo que el heredero puede privarle de luces levantando más alta la otra, porque puede habitarse también en casas oscuras. Lo que ha de moderarse de suerte que las casas no sean privadas totalmente de luz, sino que tengan mediana luz, que baste para los que la habitan.

31. [38.] EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro X.*—Se entiende que es de los bienes del usufructuario también lo que el usufructuario le hubiere donado ó concedido, ó lo que el esclavo hubiere ahorrado en la administración de los bienes de aquél.

32. [39.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXXIII.*—Si alguno entrega la única casa que tiene, ó un fundo, puede exceptuar lo que es de la persona, no del predio, como el uso y el usufructo. Pero también si exceptuara que le sea lícito apacentar ó habitar, es válida la excepción, cuando de muchas dehesas se percibiese el fruto

(1) functiones, Hal.

(2) usufructus, antiguamente en el código Fl., Br.

(3) Digestorum, omitela Hal.

(4) Celsus et Iulianus libro X. Vulg.

(5) aliorum, Hal.

(6) V., Hal.

(7) binas, Vulg.

nis exceptione sive temporalis (1), sive usque ad mortem eius, qui exceptit, usus videtur exceptus.

33. [40.] PAPINIANUS libro XVII. (2) Quaestionum.—Si Titio fructus, Maevio proprietates legatae sit, et vivo testatore Titius decedat, nihil apud scriptum heredem relinquatur; et id Neratius quoque respondit.

§ 1.—Usumfructum in quibusdam casibus non partis (3) effectum obtinere convenit; unde si fundi vel fructus portio petatur, et absolute secuta postea pars altera, quae accrevit, vindicetur, in lite (4) quidem proprietatis iudicatae rei exceptionem obstat, in fructus vero non obstat scribit Iulianus, quoniam portio fundi, velut alluvio portioni, personae fructus (5) accrescet.

34. [41.] IULIANUS libro XXXV. Digestorum.—Quoties duobus ususfructus legatur ita, ut alternis annis utantur fruatur, si quidem ita legatus fuerit: «Titio et Maevio», potest dici priori Titio, deinde Maevio legatum datum. Si vero duo eiusdem nominis fuerint, et ita scriptum fuerit: «Titius ususfructum alternis annis do» (6), nisi consenserint, uter eorum prior utatur, invicem sibi impediunt. Quodsi Titius eo anno, quo frueretur, proprietatem accepisset, interim legatum non habebit, sed ad Maevium alternis annis ususfructus pertinebit; et si Titius proprietatem alienasset, habebit eum ususfructum, quia etsi sub conditione ususfructus mihi legatus fuerit, et interim proprietatem ab herede accepero, pendente autem conditione eandem alienavero, ad legatum admittar.

§ 1.—Si colono tuo ususfructum fundi legaveris, ususfructum vindicabit, et cum herede tuo agat ex conducto et consequetur, ut neque mercedis praestet, et impensas, quas in culturam fecerat, recipiat.

§ 2.—Universorum bonorum, an singularum rerum ususfructus legatur, hactenus interesse puto, quod si aedes inconsumptae fuerint, ususfructus specialiter aedium legatus peti non potest; bonorum autem usufructu legato, areae ususfructus peti poterit, quoniam qui bonorum suorum usufructum legat, non solum eorum, quae in specie sunt, sed et substantiae omnis ususfructum legare videtur, in substantia autem bonorum etiam area est.

35. [42.] IDEM libro I. (7) ad Urseium Ferozem.—Si ususfructus legatus est, sed heres scriptus ob hoc tardius adiit, ut tardius ad legatum perveniretur, hoc quoque praestabitur, ut Sabino placuit.

§ 1.—Ususfructus servi mihi legatus est, isque, quum ego uti frui desiissem, liber esse iussus est, deinde ego ab herede aestimationem legati tuli; nihilo magis cum liberum fore, Sabino respondit; namque videri me uti frui homine, pro

del apacentamiento. Y con la excepción de la habitación, ya temporal, ya hasta la muerte del que hizo la excepción, se considera exceptuado el uso.

33. [40.] PAPINIANO; Cuestiones, libro XVII.—Si se hubiera legado a Ticio el usufructo y a Mevio la propiedad, y viviendo el testador falleciera Ticio, nada quedará al instituido heredero; y esto respondió también Neracio.

§ 1.—Conviene que en ciertos casos el usufructo no tenga el efecto de una parte; por lo cual, si se pidiera una porción de un fundo ó del fruto, y habiéndose seguido absolución se vindicara después otra parte que acreció, escribe Juliano que, a la verdad, en el litigio de propiedad obsta la excepción de cosa juzgada, pero que en el de frutos no obsta, porque la porción de un fundo, como el aluvión, acrece a la porción, y la del fruto a la persona.

34. [41.] JULIANO; Digesto, libro XXXV.—Siempre que el usufructo se lega a dos, de suerte que usufructúen en años alternos, si verdaderamente se hubiere legado así: «a Ticio y a Mevio», puede decirse que se legó y dió primero a Ticio, y después a Mevio. Pero si los dos fueren de un mismo nombre, y se hubiere escrito de este modo: «doy el usufructo por años alternos a los Ticios», a no ser que convinieren cuál de los dos use primero, se impedirán mutuamente. Pero si en el año en que usufructuase hubiese adquirido Ticio la propiedad, no tendrá entretanto el legado, sino que el usufructo pertenecerá a Mevio en años alternos; y si Ticio hubiese enagenado la propiedad, tendrá el usufructo, porque aunque se me hubiere legado el usufructo bajo condición, y entretanto hubiera yo recibido del heredero la propiedad, pero pendiente la condición la hubiera enagenado, será admitido al legado.

§ 1.—Si hubieres legado el usufructo de un fundo a tu colono, vindicará el usufructo, y ejercitará contra tu heredero la acción de arrendamiento, y conseguirá no pagar las pensiones, y recobrar los gastos que para el cultivo habia hecho.

§ 2.—Opino que hay esta diferencia, si se lega el usufructo de todos los bienes, ó el de cosas determinadas, porque si se hubieren incendiado las casas, no puede pedirse el usufructo de casas legado especialmente; pero legado el usufructo de los bienes, podrá pedirse el usufructo del solar, porque el que lega el usufructo de sus bienes, se entiende que lega el usufructo no solamente de aquellos que existen en especie, sino también de todo el patrimonio, y el solar está también comprendido en el patrimonio de los bienes.

35. [42.] EL MISMO; Comentarios a Urseio Feroz, libro I.—Si se legó el usufructo, pero el heredero instituido adió más tardíamente la herencia con este objeto, para que más tarde se llegase a la adquisición del legado, responderá también de esto, según pareció bien a Sabino.

§ 1.—Se me legó el usufructo de un esclavo, y se mandó que éste fuese libre cuando yo hubiese dejado de usufructuarlo, y después percibí del heredero la estimación del legado; Sabino respondió, que no por eso aquél sería libre; porque se

(1) Hal. Vulg.; temporalis, Fl.

(2) XVIII., Hal.

(3) proprietatis, (en lugar de partis), erradamente Hal

(4) item, Hal.

(5) usufructus, Hal. Vulg.

(6) lego, inserta Hal. Vulg.

(7) II., Hal.

quo aliquam rem habeam, conditionem autem eius libertatis eandem manere, ita ut mortis meae aut capitis deminutionis interventu liber futurus esset.

36. [43.] AFRICANUS libro V. *Quaestionum*.—Qui usumfructum areae legaverat, insulam ibi aedificavit; ea vivo eo decidit vel deusta est; usumfructum deberi existimavit. Contra autem non idem iuris esse, si insulae usufructu legato area deinde insula facta sit. Idemque esse, et si scyphorum ususfructus legatus sit, deinde massa facta et iterum scyphi; licet enim pristina qualitas scyphorum restituta sit, non tamen illos esse, quorum ususfructus legatus sit.

§ 1.—Stipulatus sum de Titio fundum Cornelianum detracto usufructu, Titius decessit; quaesitum est, quid mihi heredem eius praestare oportet? Respondit, referre, qua mente ususfructus exceptus sit; nam si quidem hoc actum est, ut in cuiuslibet persona ususfructus constitueretur, solam proprietatem heredem debiturum, sin autem id actum sit, ut promissori duntaxat ususfructus reciperetur, plenam proprietatem heredem eius debiturum. Hoc ita se habere, manifestius in causa legatorum apparere; etenim si heres, a quo detracto usufructu proprietatem legata sit, priusquam ex testamento ageretur, decesserit, minus dubitandum, quin heres eius plenam proprietatem sit debiturus. Idemque, et si sub conditione similiter legatus sit, et pendente conditione heres decessit.

§ 2.—Ususfructus servi Titio legatus est; quum per heredem staret, quo minus praestaretur, servus mortuus est; aliud dici non posse ait, quam in id obligatum esse heredem, quanti legatarii intersit moram factam non esse; ut scilicet ex eo tempore in diem, in quo servus sit mortuus, ususfructus aestimetur. Cui illud quoque consequens esse, ut si ipse Titius moriatur, similiter ex eo tempore, quo mora sit facta, in diem mortis aestimatio ususfructus heredi eius praestaretur.

37. [44.] IDEM libro VII. *Quaestionum*.—Quaesitum est, si quum in annos decem proximos usumfructum de te dari stipulatus essem, per te steterit, quid minus dares, et quinquennium transierit, quid iuris sit? item, si Stichus decem annorum proximorum operas de te dari stipulatus sim, et similiter quinquennium praeterit? Respondit, eius temporis usumfructum et operas recte peti, quod per te transactum est (1), quo minus darentur.

38. [45.] MARCIANUS libro III. *Institutionum*.—Non utitur usufructuario, si nec ipse utatur, nec nomine eius alius, puta qui emit, vel qui conduxit, vel cui donatus (2) est, vel qui negotium

entiende que usufructuo el esclavo, en lugar del que tengo yo alguna cosa, pero que permanece la misma condición de su libertad, de suerte que habría de ser libre sobreviniendo mi muerte, ó mi disminución de cabeza.

36. [43.] AFRICANO; *Quaestiones, libro V*.—El que habia legado el usufructo de un solar, edificó en él una casa; ésta, viviendo él, se arruinó ó se quemó; estimó que se debía el usufructo. Mas, por el contrario, que no hay el mismo derecho, si legado el usufructo de una casa, después se hubiera la casa convertido en solar. Y que lo mismo es también si se hubiese legado el usufructo de tazas, reducidas después á masa, y nuevamente á tazas; porque aunque se haya restablecido la primitiva especie de tazas, no son sin embargo aquellas cuyo usufructo se legó.

§ 1.—Estipulé de Ticio el fundo Corneliano, deducido el usufructo, y falleció Ticio; se preguntó, ¿qué debe entregarme su heredero? Respondió, que importa conocer con qué intención se haya exceptuado el usufructo; porque si verdaderamente se hizo esto para que se constituyese el usufructo á favor de la persona de cualquiera, el heredero deberá sola la propiedad, pero si aquello se hizo para que se adquiriese el usufructo tan sólo para el promovedor, el heredero de éste deberá la plena propiedad. Que esto es así, aparece con más claridad tratándose de legados; porque si el heredero, á cuyo cargo se haya legado la propiedad deducido el usufructo, hubiere fallecido antes que se reclamase en virtud del testamento, menos se ha de dudar que su heredero haya de deber la plena propiedad. Y lo mismo, también si de igual modo se hubiese legado bajo condición, y pendiente la condición falleció el heredero.

§ 2.—Se legó á Ticio el usufructo de un esclavo; consistiendo en el heredero que no se entregase, murió el esclavo; manifiesta que no puede decirse otra cosa, sino que el heredero está obligado á tanto cuanto importe al legatario que no se hubiese incurrido en mora; para que, ciertamente, se estime el usufructo desde aquel tiempo hasta el día en que haya muerto el esclavo. Á lo que también es consiguiente, que si falleciera el mismo Ticio, de igual modo se satisfaga á su heredero la estimación del usufructo desde el momento en que se haya incurrido en mora hasta el día de la muerte.

37. [44.] EL MISMO; *Quaestiones, libro VII*.—Se preguntó, ¿cuál sea el derecho, si habiendo yo estipulado de tí que se dé un usufructo para los diez años próximos, hubiere consistido en tí que no lo dieses, y hubiere transcurrido un quinquenio? Igualmente, ¿cuál sería, si yo hubiese estipulado de tí que se presten los servicios de Stico durante los diez años próximos, y del mismo modo hubiere pasado un quinquenio? Respondió, que con razón se reclama el usufructo y los servicios de aquel tiempo, porque en tí consistió que no se dieses.

38. [45.] MARCIANO; *Instituta, libro III*.—No usa el usufructuario, si ni él mismo usa, ni otro en su nombre, por ejemplo, el que compró, ó el que tomó en arrendamiento, ó aquel á quien se

(1) factum esset, *Hal.*

(2) donatum, *Vulg.*

eius gerit. Plane illud interest, quod, si vendidero usumfructum, etiamsi emptor non utatur, videor usumfructum retinere,

39. [46.] GAIUS libro VII. ad Edictum provinciale.—quia, qui pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re utitur fruitur.

40. [47.] MARCIANUS libro III. Institutionum.—Quod si donavero, non alias retineo, nisi ille utatur.

41. [48.] IDEM libro VII. Institutionum (1).—Statuae et imaginis usumfructum posse relinqui magis est, quia et ipsae habent aliquam utilitatem, si quo loco opportuno ponantur.

§ 1.—Licet praedia quaedam talia sint, ut magis in ea impendamus, quam de illis acquiramus, tamen ususfructus eorum relinqui potest.

42. [49.] FLORENTINUS libro XI. Institutionum.—Si alii usus, alii fructus eiusdem rei legatur, id percipiet fructuarius, quod usuario supererit; nec minus et ipse fruendi causa et usum habebit.

§ 1.—Rerum, an aestimationis ususfructus tibi legatur, interest. Nam si quidem rerum legetur, deducto eo, quod praeterea tibi legatum est, ex (2) reliquis bonis usumfructum feres; sin autem aestimationis ususfructus legatus est, id quoque aestimabitur, quod praeterea tibi legatum est; nam saepius idem legando non ampliat testator legatum, re autem legata etiam aestimationem eius legando ampliare legatum possumus.

43. [50.] ULPIANUS libro VII. Regularum.—Etiam partis bonorum ususfructus legari potest; si tamen non sit specialiter facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur.

44. [51.] NERATIUS libro III. Membranarum.—Usufructuarius novum tectorium parietibus, qui rudes fuissent, imponere non potest, quia, tametsi meliorem excolendo aedificium domini causam facturum esset, non tamen id iure suo facere potest; aliudque est tueri, quod accepisset, ac novum facere (3).

45. [52.] GAIUS libro VII. (4) ad Edictum provinciale.—Sicut impendia cibariorum in servum, cuius ususfructus ad aliquem pertinet, ita et valetudinis impendia ad eum respicere natura manifestum est.

46 [53.] PAULUS libro IX. (5) ad Plautium.—Si extraneo scripto, et emancipato praetcrito matri defuncti deducto usufructu proprietas legata sit, petita contra tabulas bonorum possessione plena proprietatis pietatis respectu matri praestanda est.

§ 1.—Si testator iusserit, ut heres reficeret in-

donó, ó el que es gestor de negocio de aquel. Ciertamente lo que importa es, que, si yo hubiere vendido el usufructo, aunque el comprador no lo use, se considera que retengo el usufructo,

39. [46.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro VII.*—porque el que disfruta del precio, se entiende que no tiene menos que el que usufructúa la cosa principal.

40. [47.] MARCIANO; *Instituta, libro III.*—Pero si yo lo hubiere donado, no lo retengo de otra suerte, que si él lo usara.

41. [48.] EL MISMO; *Instituta, libro VII.*—Es más cierto que puede dejarse el usufructo de una estatua y de una imagen, porque también ellas tienen alguna utilidad, si se ponen en algún lugar oportuno.

§ 1.—Aunque algunos predios sean tales, que más bien en ellos gastemos que de ellos adquiramos, se puede, sin embargo, dejar su usufructo.

42. [49.] FLORENTINO; *Instituta, libro XI.*—Si á uno se legase el uso, y á otro el usufructo de la misma cosa, el usufructuario percibirá lo que sobrare al usuario; y no dejará el mismo de tener el uso por causa del usufructo.

§ 1.—Interesa saber si se te lega el usufructo de las cosas, ó el de su estimación. Porque si verdaderamente se legara el de cosas, deducido aquello que además se te legó, percibirás el usufructo de los demás bienes; pero si se legó el usufructo de la estimación, se estimará también lo que además se te legó; porque legando muchas veces una misma cosa el testador no amplía el legado; pero legada una cosa, podemos ampliar el legado legando también la estimación de ella.

43. [50.] ULPIANO; *Reglas, libro VII.*—También puede legarse el usufructo de parte de los bienes; pero si no se hubiese hecho especialmente mención de la parte, se comprende la mitad de los bienes.

44. [51.] NERACIO; *Pergaminos, libro III.*—El usufructuario no puede estucar por primera vez las paredes que fuesen toscas, porque aun cuando hermoseando el edificio habría de mejorar la condición del dueño, no puede, sin embargo, hacer esto por propio derecho; y una cosa es conservar lo que hubiese recibido, y otra hacer algo nuevo.

45. [52.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro VII.*—Es naturalmente evidente, que así como los gastos de alimentos para el esclavo, cuyo usufructo pertenece á alguien, así también incumben á éste los gastos de enfermedad.

46. [53.] PAULO; *Comentarios á Plaucio, libro IX.*—Si instituido heredero un extraño, y preterido un hijo emancipado, se hubiese legado á la madre del difunto la propiedad deducido el usufructo, pedida contra el testamento la posesión de bienes, se ha de conceder á la madre la plena propiedad por consideración de piedad.

§ 1.—Si el testador hubiere mandado que el he-

(1) Idem eodem libro, Hal.

(2) ex, omítela Hal.

(3) Según conjetura de Br.; au novum faceret, Fl.; aliud novum facere, Hal. Vulg.

(4) XIV, Hal.

(5) XVIII, Hal.

sulam, cuius usumfructum legavit, potest fructuarius ex testamento agere, ut heres reficeret.

47. [54.] POMPONIUS libro V. ex Plautio.—Quodsi heres hoc non fecisset, et ob id fructuarius frui non potuisset; heres etiam fructuarii eo nomine habebit actionem, quanti fructuarii interfuisset, non cessasse heredem, licet ususfructus morte eius interiisset.

48. [55.] PAULUS libro IX. (1) ad Plautium.—Si absente fructuario heres quasi negotium eius gerens reficiat, negotiorum gestorum actionem adversus fructuarius habet, tametsi sibi in futurum heres prospiceret. Sed si paratus sit recedere ab usufructu fructuarius, non est cogendus reficere, sed actione negotiorum gestorum liberatur.

§ 1.—Silvam caeduum, etiamsi intempestive caesa sit, in fructu esse constat, sicut olea immatura lecta, item foenum immaturum caesum in fructu est.

49. [56.] POMPONIUS libro VII. (2) ad Plautium (3).—Si mihi et tibi a Sempronio et Mucio heredibus ususfructus legatus sit, ego in partem Sempronii quadrantem, in partem Mucii alterum quadrantem habeo, tu item in utriusque parte eorum quadrantes partes (4).

50. [57.] PAULUS libro III. ad Vitellium.—Titius Maevio fundum Tusculanum reliquit, eiusque fidei commisit, ut eiusdem fundi partis dimidiae usumfructum Titiae praestaret; Maevius villam vetustate corruptam, necessariam cogendis et conservandis fructibus, aedificavit; quaesitum est, an sumtus partem pro portione ususfructus Titia agnoscere debeat? Respondit Scaevola, si, priusquam ususfructus praestaretur, necessario aedificasset, non alias cogendum restituere, quam eius sumtus ratio haberetur.

51. [58.] MODESTINUS libro IX. Differentiarum.—Titio, «quum morietur», ususfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo a persona discedere incipit.

52. [59.] IDEM libro IX. (5) Regularum.—Usufructu relicto si tributa eius rei praestentur, ea usufructuarium praestare debere dubium non est, nisi specialiter nomine fideicommissi testatori placuisse probetur, haec quoque ab herede dari.

53. [60.] IAVOLENUS libro II. Epistolarum (6).—Si cui insulae ususfructus legatus est, quamdiu

redero reparase la casa, cuyo usufructo legó, puede el usufructuario ejercitar acción en virtud del testamento, para que el heredero la repare.

47. [54.] POMPONIO; *Doctrina de Plaucio, libro V.*—Pero si el heredero no hubiese hecho esto, y por ello el usufructuario no hubiese podido usufructuar, también el heredero del usufructuario tendrá por esta causa acción, por cuanto hubiese interesado al usufructuario que el heredero no hubiera dejado de hacer las reparaciones, aunque por la muerte de aquél se hubiese extinguido el usufructo.

48. [55.] PAULO; *Comentarios á Plaucio, libro IX.*—Si ausente el usufructuario, el heredero hiciera las reparaciones como siendo gestor de negocio de aquél, tiene contra el usufructuario la acción de gestión de negocios, aun cuando el heredero mirase á su propio interés para lo futuro. Pero si el usufructuario estuviera dispuesto á separarse del usufructo, no ha de ser obligado á hacer las reparaciones, sino que se libra de la acción de gestión de negocios.

§ 1.—Es sabido que el bosque tallar, aunque cortado fuera de tiempo, forma parte de los frutos, así como la aceituna cogida sin madurar, y también el heno cortado fuera de sazón se cuenta entre los frutos.

49. [56.] POMPONIO; *Comentarios á Plaucio, libro VII.*—Si á mí y á ti se nos hubiera legado un usufructo á cargo de los herederos Sempronio y Mucio, yo tendré la cuarta parte sobre la porción de Sempronio, y otra cuarta sobre la porción de Mucio, y tú también otras cuartas partes en la porción de ambos.

50. [57.] PAULO; *Comentarios á Vitelio, libro III.*—Ticio dejó á Mevio el fundo Tusculano, y le encomendó en fideicomiso, que entregase á Ticia el usufructo de la mitad del mismo fundo; Mevio edificó una casa arruinada de vieja, necesaria para la recolección y conservación de los frutos; se preguntó, ¿deberá acaso Ticia satisfacer á proporción de su usufructo parto del gasto? Scévola respondió, que si antes que se entregase el usufructo hubiese edificado por necesidad, no ha de ser obligado á la entrega de otro modo, que si se tuviese cuenta de aquel gasto.

51. [58.] MODESTINO; *Diferencias, libro IX.*—Se entiende que inútilmente se lega el usufructo á Ticio «para cuando morirá», pues fué dejado para el tiempo en que comienza á estar separado de su persona.

52. [59.] EL MISMO; *Reglas, libro IX.*—Dejado un usufructo, si se pagasen tributos de la cosa, no hay duda de que el usufructuario debe satisfacerlos, á no ser que se pruebe, que especialmente á título de fideicomiso plugo al testador que también aquellos fuesen pagados por el heredero.

53. [60.] JAVOLENO; *Epistolas, libro II.*—Si á alguien se legó el usufructo de una casa, mien-

(1) libro VII. quaestionum ad Plautium, Hal.

(2) V., Hal.

(3) ex Plautio, conjetura Br. conforme á la ley 47. de este título.

(4) habes, suple Br. conforme á antiquísima corrección del códice Fl.

(5) VIII., Hal.

(6) ἐπιστολῶν, Hal.

quaelibet portio eius insulae remanet, totius soli usumfructum retinet.

54. [61.] IDEM *libro III. Epistolarum* (1).—Sub conditione ususfructus fundi a te herede Ticio legatus est, tu fundum mihi vendidisti et tradidisti detracto usufructu; quaero, si non extiterit conditio, aut extiterit, et interiit usufructus, ad quem pertineat? Respondit: intelligo te de usufructu quaerere, qui legatus est. Itaque si conditio eius legati extiterit, dubium non est, quin ad legatarium is ususfructus pertineat, et si aliquid casu ab eo amissus fuerit, ad proprietatem fundi revertatur. Quodsi conditio non extiterit, ususfructus ad heredem pertinebit, ita ut in eius persona omnia eadem serventur, quae ad amittendum usumfructum pertinent et servari solent. Ceterum in eiusmodi venditione spectandum id erit, quod inter ementem vendentemque convenit, ut, si apparuerit legati causa eum usumfructum exceptum esse, etiamsi conditio non extiterit, restitui a venditore emptori debeat.

55. [62.] POMPONIUS *libro XXVI. ad Quintum Mucium*.—Si infantis usus (2) tantummodo legatus sit, etiamsi nullus interim sit, quum tamen infantis aetatem excesserit, esse incipit.

56. [63.] GAIUS *libro XVII. (3) ad Edictum provinciale*.—An ususfructus nomine actio municipibus dari debeat, quaesitum est; periculum enim esse videbatur, ne perpetuus fieret, quia neque morte, nec facile capitis deminutione periturus est; qua ratione proprietas inutilis esset futura semper abscedente usufructu. Sed tamen placuit, dandam esse actionem. Unde sequens dubitatio est, quousque tuendi essent in eo usufructu municipes? Et placuit, centum annos tuendos esse municipales, quia is finis vitae longaevis hominis est.

57. [64.] PAPINIANUS *libro VII. Responsorum*.—Dominus fructuario praedium, quod ei per usumfructum serviebat, legavit; idque praedium aliquamdiu possessum legatarius restituere filio, qui causam inofficiosi testamenti recte pertulerat, coactus est; mansisse fructus (4) ius integrum ex postfacto apparuit.

§ 1.—Per fideicommissum fructu praediorum ob alimenta libertis relicto partium emolumentum ex persona vita decedentium ad dominum proprietatis recurrit.

58. [65.] SCAEVOLA *libro III. Responsorum*.—Defuncta fructuaria mense Decembri iam omnibus fructibus, qui in his agris nascuntur, mense Octobri colono (5) sublati, quaesitum est, utrum

tras subsiste una parte cualquiera de esta casa, retiene el usufructo de todo el solar.

54. [61.] EL MISMO; *Epístolas, libro III.*—Bajo condición se legó á Ticio á cargo de tí, heredero, el usufructo de un fundo, tú me vendiste el fundo y me lo entregaste, deducido el usufructo; preguntó, si no se hubiere cumplido la condición, ó si se hubiere cumplido, y se extinguió el usufructo, ¿á quién pertenecerá? Respondió: entiendo que preguntas respecto al usufructo, que se legó. Así, pues, si se hubiere cumplido la condición de este legado, no hay duda de que este usufructo pertenezca al legatario, y de que si en algún caso hubiere sido perdido por él, revierta á la propiedad del fundo. Pero si la condición no se hubiere cumplido, el usufructo pertenecerá al heredero, de suerte que respecto á su persona se observen todas las mismas reglas, que corresponden y suelen observarse para la pérdida del usufructo. Por lo demás, en venta de tal naturaleza se habrá de atender á lo que se hubiere convenido entre el comprador y el vendedor, para que si apareciere que aquel usufructo fué exceptuado á causa del legado, aunque no se hubiere cumplido la condición, deba ser restituido por el vendedor al comprador.

55. [62.] POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro XXVI.*—Si tan sólo se legó el uso de un esclavo en la infancia, aunque en el interin de ésta sea nulo, sin embargo, comienza á haberlo cuando hubiere salido de la edad de la infancia.

56. [63.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XVII.*—Se preguntó, si por razón del usufructo deba darse acción á los de un municipio; porque parecía que había el peligro de que se hiciese perpétuo, porque no puede extinguirse ni por la muerte, ni facilmente con la disminución de cabeza; por cuya razón la propiedad habría de ser inútil estando separado siempre el usufructo. Pero, sin embargo, pareció bien que se ha de dar acción. De donde surge la siguiente duda: ¿hasta cuándo habrían de ser mantenidos los ciudadanos del municipio en este usufructo? Y plugo que los del municipio han de ser amparados en él cien años, porque este es el término de la vida de un hombre de larga vida.

57. [64.] PAPINIANO; *Respuestas, libro VII.*—El dueño legó al usufructuario el predio que á éste le servía mediante el usufructo; y el legatario fué obligado, habiéndolo poseído algún tiempo, á restituir este predio á un hijo, que debidamente había interpuesto la querrela de testamento inoficioso; después de esto se manifestó que permaneció ileso el derecho de usufructo.

§ 1.—Dejado por fideicomiso para alimentos á libertos el fruto de unos predios, el emolumento de las partes correspondientes á la persona de los que fallecen revierte al dueño de la propiedad

58. [65.] SCAEVOLA; *Respuestas, libro III.*—Habiendo fallecido una usufructuaria en el mes de Diciembre, recogidos ya en el mes de Octubre para el colono todos los frutos, que nacen en aquellos

(1) ἐπιστολῶν, Hal.
(2) ususfructus, Hal. Vulg.
(3) VII., Hal.

(4) ususfructus, Vulg.
(5) Según la escritura original del código Fl., Br.; per colonos, Taur.

pensio heredi fructuariae solvi deberet, quamvis fructuaría ante Kalendas Martias, quibus pensiones inferri debeant, decesserit, an dividi debeat inter heredem fructuariae et Rempubicam, cui proprietates legatae est? Respondi, Rempubicam quidem cum colono nullam actionem habere, fructuariae vero heredem sua die secundum ea, quae proponerentur, integram pensionem percepturum.

§ 1.—«Sempronio do lego ex reductu (1) fructuum, oleris et porrinae, quae habeo in agro farrariorum (2), partem sextam»; quaeritur, an his verbis usufructus legatus videatur? Respondi, non usufructum, sed ex eo, quod reductum esset, partem legatam. Item quaesitum est, si usufructus non esset, an quotannis partem sextam reductam legaverit? Respondi, quotannis videri relictum, nisi contrarium specialiter ab herede approbetur.

59. [66.] PAULUS libro III. *Sententiarum*.—Arbores vi tempestatis, non culpa fructuarii eversas ab eo substitui non placet.

§ 1.—Quidquid in fundo nascitur, vel quidquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet; pensiones quoque iam antea locatorum agrorum, si ipsae quoque specialiter comprehensae sint. Sed ad exemplum venditionis, nisi fuerint specialiter exceptae (3), potest usufructuarius conductorem repellere.

§ 2.—Caesae arundinis vel pali compendium, si in eo quoque fundi vectigal esse consuevit, ad fructuarium pertinet.

60. [67.] IDEM libro V. *Sententiarum*.—Cuiuscunque fundi usufructuarius (4) prohibitus aut detectus de restitutione omnium rerum simul occupatarum agit; sed et si medio tempore alio (5) casu interciderit usufructus, aequae de perceptis antea fructibus utilis actio tribuitur.

§ 1.—Si fundus, cuius usufructus petitur, non a domino possideatur, actio redditur. Et ideo si de fundi proprietate inter duos quaestio sit, fructuarius nihilo minus in possessione esse debet, satisque ei a possessore cavendum est, quod non sit prohibitus frui eum, cui usufructus relictus est, quamdiu de iure suo probet. Sed si ipsi usufructuario quaestio moveatur, interim usufructus ei aufertur (6); sed caveri (7) de restituendo eo, quod ex his fructibus percepturus est, vel si satis non detur, ipse frui permittitur.

61. [68.] NERATIUS libro II. (8) *Responsorum*.—Usufructuarius novum (9) rivum parietibus non potest imponere. Aedificium inchoatum fructuarium consummare non posse placet, etiamsi eo loco aliter uti non possit; sed nec eius quidem usufructum esse, nisi in constituendo vel legando

campos, se preguntó, ¿debería acaso pagarse al heredero de la usufructuaria la pensión, aunque la usufructuaria hubiere muerto antes de las Calendas de Marzo, en que deban pagarse las pensiones, ó deberá dividirse entre el heredero de la usufructuaria y la República, á la que se legó la propiedad? Respondi, que la República ciertamente no tenía ninguna acción contra el colono, y que el heredero de la usufructuaria, según lo que se proponía, deberá percibir íntegra la pensión á su vencimiento.

§ 1.—«Doy y lego á Sempronio la sexta parte del producto de los frutos, de la hortaliza y de los puerros, que tengo en el campo de los graneros»; se pregunta, ¿con estas palabras se entenderá acaso legado el usufructo? Respondi, que no el usufructo, sino la porción legada del producto que se hubiese obtenido. También se preguntó, si no fuese el usufructo, ¿se habrá legado para cada año la sexta parte del producto? Respondi, que se entiende que se legó para cada año, á no ser que especialmente se pruebe lo contrario por el heredero.

59. [66.] PAULO; *Sentencias*, libro III.—No se halla establecido que los árboles arrancados por la fuerza de la tempestad, no por culpa del usufructuario, sean substituidos por éste.

§ 1.—Todo lo que nace en un fundo, ó cuanto de él se percibe, pertenece al usufructuario; también las pensiones de los campos ya antes arrendados, si también éstas fueron especialmente comprendidas. Pero así como en la venta, si especialmente no hubieren sido exceptuadas, puede el usufructuario repeler al arrendatario.

§ 2.—El producto de la corta de cañas ó de palos, si también en aquel fundo se acostumbró á pagar tributo, pertenece al usufructuario.

60. [67.] EL MISMO; *Sentencias*, libro V.—El usufructuario de cualquier fundo, privado ó expulsado de él, tiene acción para la restitución de todas las cosas á la vez ocupadas; pero si en el tiempo intermedio se hubiere extinguido el usufructo por otra causa, se da igualmente la acción útil por los frutos antes percibidos.

§ 1.—Si el fundo, cuyo usufructo se pide, estuviera poseído no por el dueño, se da acción. Y así, si entre dos hubiera cuestión sobre la propiedad del fundo, el usufructuario debe no obstante estar en posesión, y ha de dársele por el poseedor caución de que no ha de impedir que usufructúe aquel á quien se dejó el usufructo, mientras justifique su derecho. Pero si al mismo usufructuario se le moviera cuestión, entretanto se le quita el usufructo; pero se da caución de restituirle lo que de aquellos frutos ha de percibir, ó si no se diese fianza, se permite que él mismo usufructúe.

61. [68.] NERACIO; *Respuestas*, libro II.—El usufructuario no puede poner nuevas atargas en las paredes. Está establecido que el usufructuario no puede concluir el edificio comenzado, aunque de aquel lugar no pueda usar de otro modo; pero en realidad ni aun hay el usufructo de él, á

(1) redditu, Hal.

(2) farrario, Hal.; farrariorum, Vulg.

(3) fuerit specialiter exceptum, Hal.

(4) fructuarius, Hal.

(5) aliquo, Vulg.

(6) Según conjetura de Br.; eius offertur, Fl.; et differtur, Hal.

(7) debet, inserta Hal.

(8) III, Hal.

(9) opus in, insertan otros en Hal.

do usufructu hoc specialiter adiectum sit, ut utrumque ei liceat.

62. [69.] TRYPHONINUS *libro VII.* (1) *Disputationum.*—Usufructuarium venari in saltibus vel montibus possessionis probe dicitur; nec aprum aut cervum, quem ceperit, proprium domini capit, sed fructus aut iure (civilis), aut gentium suos facit.

§ 1.—Si vivariis inclusae ferae in ea possessione custodiebantur, quando usufructus coepit, num exercere eas fructuarius possit, occidere non possit (2)? Alias, si quas initio inclusit operis suis, vel post sibimet ipsae inciderint delapsae fuerint, haec fructuarii iuris sint? Commodissime tamen, ne per singula animalia facultatis fructuarii propter discretionem difficilem ius incertum sit, sufficit eundem numerum per singula quoque (3) genera ferarum finito usufructu domino proprietatis assignare, qui fuit coepta usufructus tempore.

63. [70.] PAULUS *libro singulari de iure singulari* (4).—Quod nostrum non est, transferemus ad alios; veluti is, qui fundum habet, quamquam usufructum non habeat, tamen usufructum cedere potest.

64. [71.] ULPIANUS *libro LI.* (5) *ad Edictum.*—Quin fructuarius paratus est usufructum derelinquere, non est cogendus domum reficere, in quibus casibus et usufructuario hoc onus incumbit. Sed et post acceptum contra eum iudicium, parato fructuario derelinquere usufructum, dicendum est, absolvi eum debere a iudice.

65. [72.] POMPONIUS *libro V. ex Plautio* (6).—Sed quum fructuarius debeat, quod suo suorumque facto deterius factum sit, reficere, non est absolvendus, licet usufructum derelinquere paratus sit; debet enim omne, quod diligens paterfamilias in sua domo facit, et ipse facere.

§ 1.—Non magis heres reficere debet, quod vetustate iam deterius factum reliquisset testator, quam si proprietatem alicui testator legasset.

66. [73.] PAULUS *libro XLVII.* (7) *ad Edictum.*—Cum (8) usufructuario non solum legis Aquiliae actio competere potest, sed et servi corrupti et iniuriarum, si servum torquendo deterius fecerit.

67. [74.] IULIANUS *libro I. ex Minicio* (9).—Cui usufructus legatus est, etiam invito heredem eum extraneo vendere potest.

68. [75.] ULPIANUS *libro XVII.* (10) *ad Sabi-*

no ser que al constituirse ó legarse el usufructo se haya agregado especialmente esto, que una y otra cosa le sean licitas.

62. [69.] TRIFONINO; *Disputas, libro VII.*—Con razón se dice que el usufructuario caza en los bosques ó en los montes de la posesión; y el jabali ó el ciervo que hubiere cogido, no lo coje propio del dueño, sino que hace suyos los frutos ó por derecho civil, ó de gentes.

§ 1.—Si encerrados en vivares se custodiaban animales bravios en aquella posesión cuando comenzó el usufructo, ¿podrá acaso utilizarlos el usufructuario, y no matarlos? Además, si al principio hubiere él encerrado algunos con su propio esfuerzo, ó si después hubieren ellos mismos penetrado ó caído allí, ¿serán éstos de pertenencia del usufructuario? Pero es muy sencillo, para que respecto de cada uno de los animales no sea incierto el derecho por lo difícil de la distinción de la facultad del usufructuario, basta que también por cada género de animales bravios se señale al dueño de la propiedad, finido el usufructo, el mismo número que hubo al tiempo de comenzado el usufructo.

63. [70.] PAULO; *De los derechos especiales, libro único.*—Lo que no es nuestro, lo transferiremos á otros; por ejemplo, el que tiene un fundo, aunque no tenga el usufructo, puede sin embargo ceder el usufructo.

64. [71.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LI.*—Estando dispuesto el usufructuario á abandonar el usufructo, no ha de ser obligado á reparar la casa, en los casos en que esta carga incumbe también al usufructuario. Pero también después de aceptado juicio contra él, hallándose dispuesto el usufructuario á abandonar el usufructo, se ha de decir que debe él ser absuelto por el juez.

65. [72.] POMPONIO; *Doctrina de Plautio, libro V.*—Pero cuando el usufructuario deba reparar lo que por hecho propio y de los suyos se haya deteriorado, no ha de ser absuelto, aunque esté pronto á abandonar el usufructo; porque también él debe hacer todo lo que hace en su casa un diligente padre de familia.

§ 1.—El heredero no está más obligado á reparar lo que el testador hubiese dejado ya deteriorado por vejez, que si el testador hubiese legado á alguien la propiedad.

66. [73.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XLVII.*—Contra el usufructuario puede competere no sólo la acción de la ley Aquilia, sino también la de esclavo corrompido, y la de injurias, si atormentando al esclavo lo hubiere desmejorado.

67. [74.] JULIANO; *Doctrina de Minicio, libro I.*—Aquel á quien se legó el usufructo puede venderlo á un extraño aun contra la voluntad del heredero.

68. [75.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, li-*

(1) VI., *Hal.*
 (2) non exercere eas fructuarius potest, non occidere, otros en *Hal.*
 (3) quaeque, *Hal. Vulg.*
 (4) libro singulari regularum, *Hal.*
 (5) L., *Hal.*

(6) ad Plantium, antiguamente en el código *Fl.*
 (7) XVI., *Hal.*
 (8) Cum, omiteta la *Vulg.*
 (9) Minutio, *Hal.*
 (10) XVIII., *Hal.*

num.—Vetus fuit quaestio, an partus ad fructuarium pertineret; sed Bruti sententia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere; neque enim in fructu hominis homo esse potest, hac ratione nec usumfructum in eo fructuarius habebit. Quid tamen, si fuerit etiam partus ususfructus relictus, an habeat in eo usumfructum? Et quum possit partus legari, poterit et ususfructus eius.

§ 1.—Foetus tamen pecorum Sabinus et Cassius opinati sunt ad fructuarium pertinere.

§ 2.—Plane si gregis vel armenti sit ususfructus legatus, debet ex agnatis gregem supplere, id est in locum capitum defunctorum,

69. [76.] POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—vel inutilium alia summittere, ut post substituta fiant propria fructuarii, ne lucro ea res cedat domino. Et sicut substituta statim domini fiunt, ita priora quoque ex natura fructus desinunt eius esse; nam alioquin quod nascitur, fructuarii est, et quum substituit (1), desinit eius esse.

70. [77.] ULPIANUS libro XVII. (2) ad Sabinum.—Quid ergo, si non faciat, nec suppleat? Teneri cum proprietario Caius Cassius scribit libro decimo (3) Iuris civilis.

§ 1.—Interim tamen, quamdiu summittantur et suppleantur capita, quae demortua sunt, cuius sit foetus, quaeritur. Et Iulianus libro tricesimo quinto Digestorum scribit, pendere eorum dominium, ut, si summittantur, sint proprietarii, si non summittantur, fructuarii; quae sententia vera est.

§ 2.—Secundum quae, si decesserit foetus, periculum erit fructuarii, non proprietarii, et necesse habebit alios foetus summittere. Unde Caius Cassius libro octavo scribit, carnem foetus demortui ad fructuarium pertinere.

§ 3.—Sed quod dicitur, debere eum summittere, toties verum est, quoties gregis, vel armenti, vel equitii, id est universitatis ususfructus legatus est; ceterum si singulorum capitum, nihil supplebit.

§ 4.—Item si forte eo tempore, quo foetus editi sunt, nihil fuit, quod summitti deberet, nunc et post editionem utrum ex his, quae edentur, summittere debet, an ex his, quae edita sunt, videndum est. Puto autem verius, ea, quae pleno grege edita sunt, ad fructuarium pertinere, sed posteriorem gregis casum nocere debere fructuario.

§ 5.—Summittere autem facti est, et Iulianus proprie dicit dispertire, et dividere, et divisionem quandam facere, quod dominium erit summissorum proprietarii.

71. [78.] MARCELLUS libro XVII. (4) Digestorum.—Si in area, cuius ususfructus alienus esset, quis aedificasset, intra tempus, quo ususfru-

cto XVII.—Fué antigua cuestión la de si el parto pertenecería al usufructuario; pero prevaleció el parecer de Bruto, de que el usufructuario no es tal respecto de él; porque como un hombre no puede contarse entre los frutos de otro hombre, por esta razón tampoco el usufructuario tendrá sobre él el usufructo. ¿Mas, qué, si también se hubiere dejado el usufructo de un parto, tendrá sobre él el usufructo? Y como puede legarse un parto, podrá legarse también su usufructo.

§ 1.—Pero Sabino y Cassio opinaron que los fetos de los ganados pertenecen al usufructuario.

§ 2.—Pero si se hubiera legado el usufructo de un rebaño ó de una piara de ganado mayor, deberá completar el rebaño con las que nazcan, esto es, en lugar de las cabezas que hayan muerto,

69. [76.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—ó de las inútiles substituir otras, para que después de substituidas se hagan propias del usufructuario, á fin de que esta cosa no redunde en provecho del dueño. Y así como las substituidas se hacen al instante del dueño, así también las anteriores dejan de ser de él conforme á la naturaleza del usufructo; porque de otra suerte, lo que nace es del usufructuario, y cuando lo substituye deja de ser de él.

70. [77.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—¿Qué diremos, pues, si no lo hiciera, ni substituyese? Escribe Cayo Cassio en el libro décimo del Derecho civil que queda aquél obligado al propietario.

§ 1.—Pero preguntase de quién sea lo que nace interim se substituyan y suplan las cabezas que murieron. Y escribe Juliano en el libro trigésimo quinto del Digesto, que queda en suspenso su dominio, para que, si se substituyeran, sean del propietario, si no se substituyeran, del usufructuario; cuya opinión es verdadera.

§ 2.—Según esto, si hubiere muerto lo que nació, la pérdida será del usufructuario, no del propietario, y tendrá necesidad de substituir otros fetos. Por lo que escribe Cayo Cassio en su libro octavo, que la carne del feto muerto pertenece al usufructuario.

§ 3.—Pero lo que se dice de que debe él substituir, es verdad siempre que se legó el usufructo de un rebaño, ó de una piara de ganado mayor, ó de una yeguada, esto es, de la universalidad; pero si de cada una de las cabezas, no suplirá nada.

§ 4.—Igualmente, si acaso al tiempo en que nacieron los fetos no hubo nada que debiera substituirse, se ha de ver si en este caso y después del nacimiento deberá substituir con las que nacieren, ó con las que habian nacido. Pero tengo por más verdadero, que las que nacieron estando completo el rebaño, pertenecen al usufructuario, pero que la mortalidad posterior del rebaño debe perjudicar al usufructuario.

§ 5.—Mas la substitución es cosa de hecho, y con propiedad dice Juliano que es apartar, y separar, y hacer cierta división, porque el dominio de las reses substituidas será del propietario.

71. [78.] MARCELO; *Digesto, libro XVII.*—Si en el solar, cuyo usufructo fuese de otro, hubiese alguien edificado dentro del tiempo en que se ex-

(1) substituitur, *Vulg.*
(2) XVIII, *Hal.*

(3) libro octavo, *Hal.*
(4) XVIII, *Hal.*

ctus perit, superficie sublata restitui usumfructum veteres responderunt.

72. [79.] *ULPIANUS libro XVII. (1) ad Sabinum.*—Si dominus nudae proprietatis usumfructum legaverit, verum est, quod Maecianus scripsit libro tertio Quaestionum de fideicommissis, valere legatum; et si forte in vita testatoris, vel ante aditam hereditatem proprietati accesserit, ad legatarium pertinere. Plus admittit Maecianus, etiamsi post aditam hereditatem accessisset ususfructus, utiliter diem cedere, et ad legatarium pertinere.

73. [80.] *POMPONIUS libro V. ad Sabinum (2).*—Si areae ususfructus legatus sit mihi, posse me casam ibi aedificare custodiae causa earum rerum, quae in area sint.

74. [81.] *GAIUS libro VII. ad Edictum provinciale.*—Si Sticho servo tuo et Pamphilo meo legatus fuerit ususfructus, tale est legatum, quale, si mihi et tibi legatus esset, et ideo dubium non est, quin aequaliter ad nos pertineat.

TIT. II

DE USUFRUCTU ACCRESCENDO

1. *ULPIANUS libro XVII. (3) ad Sabinum (4).*—Quoties ususfructus legatus est, ita inter fructuarios est ius accrescendi, si coniunctim sit ususfructus relictus, ceterum si separatim unicuique partis rei ususfructus sit relictus, sine dubio ius accrescendi cessat.

§ 1.—Denique apud Iulianum libro trigesimo quinto Digestorum quaeritur, si communi servo ususfructus sit relictus, et utriusque domino acquisitus, an altero repudiante vel amittente ususfructum alter totum habeat? Et putat ad alterum pertinere; et licet dominis ususfructus non aequis partibus, sed pro dominicis acquiratur, tamen persona eius, non dominorum inspecta, ad alterum ex dominis pertinere, non proprietati accedere.

§ 2.—(5) Idem ait, etsi communi servo et separatim Titio ususfructus legatus sit, amissum ab altero ex sociis usumfructum non ad Titium, sed ad solum socium pertinere debere, quasi solum coniunctum; quae sententia vera est, nam quamdiu vel unus utitur, potest dici, usumfructum in suo statu esse. Idem est, si duobus coniunctim et alteri separatim ususfructus esset relictus.

§ 3.—(6) Interdum tamen etsi non sint coniuncti, tamen ususfructus legatus alteri accrescit, ut puta si mihi fundi ususfructus separatim totius et tibi similiter fuerit relictus; nam, ut et Celsus libro octavo decimo Digestorum et Iulianus libro trigesimo quinto (7) scribit, concursu partes habemus. Quod et in proprietate contingeret, nam altero repudiante alter totum (8) fundum habe-

tingue el usufructo, respondieron los antiguos que destruido el edificio se restituye el usufructo.

72. [79.] *ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Si el dueño de la nuda propiedad hubiere legado el usufructo, es verdad lo que escribió Meciano en el libro tercero de las Cuestiones sobre fideicomisos, que es válido el legado; y que si acaso en vida del testador, ó antes de adida la herencia se hubiere incorporado á la propiedad, pertenece al legatario. Meciano admite más, que aunque el usufructo se hubiere incorporado después de adida la herencia, corre útilmente el término, y pertenece al legatario.

73. [80.] *POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro V.*—Si se me hubiera legado el usufructo de un solar, puedo edificar en él una barraca para guardar las cosas que haya en el solar.

74. [81.] *GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro VII.*—Si á tu esclavo Stico y al mío Pánfilo se les hubiere legado un usufructo, el legado es tal, cual si á mí y á ti se nos hubiese legado, y por lo tanto no es dudoso que por igual nos pertenezca.

TÍTULO II

DEL DERECHO DE ACRECER EN EL USUFRUCTO

1. *ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Siempre que se ha legado un usufructo, hay entre los usufructuarios el derecho de acrecer, si conjuntamente se hubiera dejado el usufructo, pero si separadamente se hubiera dejado á cada uno el usufructo de parte de la cosa, indudablemente cesa el derecho de acrecer.

§ 1.—Finalmente, preguntase Juliano en el libro trigesimo quinto del Digesto, si se hubiera dejado el usufructo á un esclavo común, y se adquirió para ambos dueños, repudiando ó perdiendo uno el usufructo, tendrá el otro la totalidad? Y opina que pertenece al otro; y que aunque el usufructo no se adquiriera para los señores por iguales partes, sino según sus porciones dominicales, sin embargo, considerada la persona de aquél, no la de sus señores, pertenece al otro dueño, y no se incorpora á la propiedad.

§ 2.—Dice el mismo, que aunque el usufructo se haya legado á un esclavo común, y separadamente á Titio, perdido por uno de los socios, el usufructo no debe pertenecer á Titio, sino solamente al socio, como á único conjunto; cuya opinión es verdadera, porque mientras usa uno solo, puede decirse que el usufructo permanece en su propio estado. Lo mismo es, si el usufructo hubiese sido dejado á dos conjuntamente y á otro separadamente.

§ 3.—A veces, sin embargo, aunque no sean conjuntos, el usufructo legado acrece, no obstante, al otro, por ejemplo, si á mí se me hubiere dejado separadamente el usufructo de todo un fundo, y á ti de la misma manera; porque, como escriben Celso en el libro décimo octavo del Digesto, y Juliano en el libro trigesimo quinto, tenemos las partes en concurso. Lo que también acontecería

(1) XVIII., Hal.

(2) Papinianus libro II. definitionum, Hal.

(3) XVIII., Hal.

(4) Véase *Fragm. Vatic.* §. 75.(5) Véase *Fragm. Vatic.* §. 76.(6) Véase *Fragm. Vatic.* §. 77.(7) XXXIII., *Uulg.*

(8) totum, omitela Hal.